

Quæ hoc volumine contineantur.

**Primus Tractatus** Primordia Regū  
& Imperatorū Romanæ gētis / a Romulo &  
Remo / vsq; ad Cōstātinū Imperatorē. De ipsius  
Cōstantini curatione a lepra p̄ beatū Sil-  
uestrū; & qualiter Romanā ecclesiā dotauit.  
De indulgētīs oīm Ecclesiarū / Reliquijs / et  
Stationibus / annuatim Romæ existētibus.

## Secundus Tractatus.

Mirabilia Urbis Romanæ.

## Tertius Tractatus.

Diuisio decē nationū totius Xp̄ianitatis.

## Quartus Tractatus.

Trāslatio miraculosa ecclie btē Mariæ de  
Loreta; cū versib; Sibyllæ Tyburtinæ de na-  
tiuitate & futuro Christi ad iudiciū aduētū.







**Dg**

450

1191








N<sup>o</sup> 24 (bis)









Coll. rom. 21

Dg 450 - 1191

Coll. Rom. 21 [Mirabilia]  
Indulgentiae

Mirabilia libri Rouca.  
Toulouse 1579

Lacune entre les  
ff. 55-57, ou

f. blanc.


Volume d'une  
rareté hors-ligne.

gescannt





















Quæ hoc volumine contineantur.

**Primus Tractatus** Primordia Regū  
& Imperatorū Romanæ gētis / a Romulo &  
Remo / vsq; ad Cōstātinū Imperatorē. De ipsius  
Cōstantini curatione a lepra p̄ beatū Sil-  
uestrū; & qualiter Romanā ecclesiā dotauit.  
De indulgētīs oīm Ecclesiarū / Reliquijs / et  
Stationibus / annuatim Romæ existētibus.

## Secundus Tractatus.


Mirabilia Urbis Romanæ.

## Tertius Tractatus.

Diuisio decē nationū totius Xpianitatis.


## Quartus Tractatus.

Trāslatio miraculosa ecclie btē Mariæ de  
Loreta; cū versib; Sibyllæ Tyburtinæ de na-  
tiuitate & futuro Christi ad iudiciū aduētū.





Coll. Rom. 21 Mirabilia



Coll.  
rom.



1157-1539



Incipit primus Tractatus de educatione Romuli & Remi: deq; alijs Regibus & Imperatoribus Urbis Romæ.



OM A ciuitas sancta, caput mūdi. Anno post euerſionē Troiæ. CCCV. Mūdi v̄o. M. CCCCL. ¶ Romulus & Remus nati sunt ex Ilia Rhea Siluia matre. Romulus, esto dicat Serui? Romum appellatū fuisse: & pro Romo, Romolū blandimenti causa, deinde enim

gaudēt diminutiuo blāditię. Sed q̄a Lucius Florus, & oēs historici ip̄m scribunt Romulū: ideo oēs sequuntur. Et Romul⁹ inq̄ Ilia Rhea Siluia matre genitus: ex patre seu credito seu ficto, cū verius credatur: sacerdos Martis. Sed vt honestior esset culpa: dixerunt Romani principē suum ex deo Marte genitum. qđ tam patienti animo tulere gētes: q̄ equo animo Romanorum imperium passię sunt. Fuit primus Rex & conditor Urbis Romanæ. ¶ Hic primum quū lucem attingeret, teste Līuio, primo ab vrbe: cū quo cōueniunt omnes historici: s̄ uitiam Amulij patris, atq; Albanorum regis expertus est: a quo vna cū fratre Remo iussus est in Tyberim mergi. Sed stagnātibus secus ripam vadis, abiectos infantes decrescens aqua velut scelus refugeret, reliquit in sicco. De quo dixit Ouidius in. ij. Fastorū.



## De Regibus

Hæc ubi cognouit contēptor Amulius equi:  
Amne iubet mergi geminos / scelus vnda refugit:

In sicco pueri destituuntur humo.

¶ Tūc Picus auis Martia primū: tātis per infantes  
aluit. Deīde Lupa sitiēs / ad horū vagitū tracta, nuta  
to cursu / vberibus suis aluit; dicente Ouidio preal-  
legato. ij. libro.

Lacte quiuis infantes nescit creuisse sermo:

Et Picum expositis sæpe tulisse cibos.

¶ Hæc Lupā volūt aliqui verā / aliqui fictā. Vtraq;  
em̄ fama est / q̄ fuerit ficta / mōstrat Eutropius / dicēs  
in libro primo. Verū paruulos prope ripā Tyberis  
expositos / Faustulus regij armētī pastor / ad Acham  
Laurētiam vxorem suam detulit: quæ ob rapacitatē  
corporis q̄stuosi / Lupa a vicinis appellabat̄. Vnde  
vsq; ad nostra tpa: meretricū cellulæ / Lupanaria nū  
cupantur. ¶ Ad huius verificationē / Lactātius in. j.  
diu. insti. adducit exemplū / dicēs. Romani ab Athe-  
niensibus mutuati sunt exēplum: apud quos quum  
meretrix Tyrannum occidisset / Lena nomine: quia  
nefas erat simulachrū meretricis in tēplo poni: ani-  
malis effigiē posuerūt: cuius nomine ip̄a gerebatur.  
¶ Itaq; vt illi ex professione monimenta fecerunt.  
¶ Qd̄ fuerit ista Lupa / clare ponit Lucius Flor<sup>2</sup> in  
lib. primo. & Plini<sup>2</sup> de viris illustrib<sup>2</sup>. Sed clari<sup>2</sup> po-  
nit Lucius Flor<sup>2</sup> in lib. primo sui epithomatis. Et Li-  
uius / dicēs in primo ab vrbe. Tenet fama quū flui-  
tātē alueū quo expositi erant pueri in sicco / aqua de-  
stitisset: Lupā sitiētem ex mōtibus / qui circa sunt: ad  
vagitū puerilem cursum flexisse. Eamq; infantibus.



adeo mite prębuisse mamas: vt etiā ipsos lingua lam-  
beret. Hos reperiēs Faustulus magister regni peco-  
ris, Achę Laurentiæ vxori suæ educandos dedit.

¶ Sunt & qui eam vulgato corpore inter pastores  
Lupam agnominatā credant. Hęc confirmat Liuius  
hoc habitus ipsius, quę fuit lupe Orniza Iouc mu-  
tuatus exemplum. Qui vos est Almanther Caprę  
nutricis suæ pelle. De quo dixit Virgil. in. j. Aenei.  
Donec regina sacerdos.

Marte grauis geminā partu dabit Ilia prolem.  
Inde lupus.

Inde lupę fuluo nutricis tegmine letus.

Romulus excipiet gentem: & Mauortia condet  
Mœnia/Romanosq; suo de nomine dicet.

¶ Augustinus aut in. xvij. de ciuitate dei: & Plinius  
i. viij. historię naturalis monstrauit vtrūq; fuisse pos-  
sibile. Et cōcludit vterq; postq; singulę historicę cō-  
uenit cū Liuius: quāq; si eis infantib; p quos tāta ci-  
uitas cōdēda fuerat de aqua diuinit; liberatis: p la-  
stātē ferā de; voluit subuenire: qd mirū est. ¶ Item  
Romul; cētū ex Senatoribus delegit: quorū cōsilio  
oīa agerētur: vt habet in Cronica Imperatorū Leo-  
nardi Aretini libro. j. Romanae historiæ. Quos Se-  
natores ppter senectutē patres ad similitudinē Cu-  
riæ nominauit. Mille etiā pugnatores delegit: quos  
a numero Milites appellauit. Rexit annis. xxxvij.  
postea fulmine periit. Habetur etiam in Cronica  
Romanorum Imperatorū: qd mater istorū gemino-  
rum: videlicet Romuli & Remi viua scdm legē de-  
fossa est: & pueri in Tyberim demergi iussi &c.



## De Regibus Romanæ Urbis:

**D**rimus successor Romuli/Pōpilius pater Numę secundi Ro. regis: ponitur eodē li. Verg. cap. Numa Pōpilius Romę Tribunus plebis.

**S**uccessor Pōpilię/Tullius Hostilius: qui rexit annis. xxij. Qui nepos istius Hostilię: qui sub Romulo bello cecidit: strenue aduersū Sabinos pugnas: put scripsit eodē li. Verg. c. Romul<sup>o</sup>. Aui męoria & suę virtutis titulis/ fuit Romę terti<sup>o</sup> rex creatus. ¶ Illo qdē tpe/ quo Manasses regnabat ī Hierusalē. Hic fuit prim<sup>o</sup> q purpura & fascib<sup>o</sup> vsus est.

**S**uccessor Tullię Hostilię/ Ancus q rexit annis xliij. potenter: quia ius feriale condidit: id est morē indicēdi bella. Re. eo. lib. c. Ancus Martius.

**S**uccessor Anci/ Priscus Tarquinius q rexit annis. xxxvij. qui a Plinio in lib. de viris illustri. cognoscitur Tarquini<sup>o</sup> Priscus/ a Romulo rex Ro. v. demorati exulis/ Corinthi filius: quē regem frequenter historici/ Luchumonē dicūt: multa operatus est: inchoauit ædificare Capitolium: vt habet in Cronica Romanorū imperatorū. lib. primo.

**S**uccessor Prisci Tarquinię/ Serui<sup>o</sup> Tullius qui rexit annis. xliij. Et inter omnes/ primus/ qui census excogitauit.

**S**uccessor Seruię/ Tullię/ Tarquinię Supbus: q rexit ānis. xxx. qui ab historicis cōnotat Lucius Tarquini<sup>o</sup> / ob mores cognomēto Supbus: fuit pnotati Tarquinię fili<sup>o</sup>: ex vxore Canoquile: put scripsit eodē lib. Verg. c. Seruius Tullius. ¶ Hic teste Eutropio lib. j. primus excogitauit vincula/ fustes/ carceres/ cōpedes/ cathenas & exilia: prout dicit eodē lib.



## De Imperatoribus Romanæ Urbis. 4

Vergil. capi. Seruius Tulli<sup>9</sup>: vbi de ipsius principio quū fuit Rex. viij. Romanorū. ¶ Hinc Cōsules cōpere pro vno rege duo creati sunt: hac causa: vt si vnus malus esset alter eam habens potestatem similem coerceret. Et placuit ne Imperium lōgius haberent: ne propter diuturnitatē potestatis insolentiores redderentur: sed ciuiles semper essent: qui post annum scirent se esse priuatuos. De quorū claritate habetur plene in cronica Romanorū imperatorum Aretini: & in lib. septimo Romanæ historiæ.

### ¶ De Imperatoribus Ro.

**I**ulius Cæsar primus Imperator, Alexandriam venit: cui Pileus rex insidias parabat: quare a Cæsare bello victus, a Nilo perijt: vt patet vbi agitur de Cæsare primo. Cæsar ergo potit<sup>9</sup> Aegypto, Cleopatræ regnū dedit. Et ipse primus accēpit singulare imperiū Romanorū. A quo oēs Romani principes Romanorū Cæsares appellati sunt. Sed cōiurātib<sup>9</sup> in cū. lx. vel amplius Senatorib<sup>9</sup> in curia. xxiij. vulneribus percussus occubuit. Require vbi agitur de Cæsare primo Imperatore.

**O**ctavianus Augustus Imperator. ij. a quo oēs Romanorū reges dicuntur Augusti: regnavit annis. lvj. & mēses. vj. Deficiēte autē principatu pōtificū in Iudæa Herodes Antipatris Ascalonite, & matris Arabice filius Iudæorū principatū a Romanis accēpit: quē tenuit annis. xxxvj. Et ne ignobilis & sanguinis Iudæorū argueretur extraneus, cōbussit oēs libros; quib<sup>9</sup> cōtinebatur nobilitas Iudæorū.



## De Imperatoribus

Infup & suā sobolē: vt regio sanguini cōmisceret: abdicata de fide scēmina Iherosolymitana: q̄ priua tus vxorē accēperat. Nā ex eo filio Antipatrē sibi Maximiano sociauit filiā Alexādrī Aristobolo: ne potēq̄ fratris Hircani: q̄ añ fuit rex Iudæorū. Hæc Herodī genuit. v. filios: quorū duos Alexādrum & Aristobolū occidit ipse ī Samaria. Nec fecit diuturnā morā: qn matrē illorū: q̄ nil chari⁹ habuerat/ occiderit. ¶ Hoc tpe. q̄ Marc⁹ Antoni⁹: q̄ tenebat Asiā & Oriētē: repudiauerat sororē Augusti/ Cleopatram/ q̄ duxerat ī vxorē: iter Antoniū/ Cleopatram/ & Augustū/ ortū est bellū. Sed fugati apud Leuchas/ Antoni⁹ & Cleopatra seipsos occiderūt. Et sic terminatū est regnū Aegyptiorū: qd̄ a primo Ptolemæo Lagi filio/ vsq̄ ad Cleopatram stetit. ccxcv. annis: Anno Cēsaris Augusti. xl. A morte vero Cleopatre & Antoni⁹: qn̄ Aegypt⁹ ī puiciā versa est/ anno. xxxvij. Et ab vrbe cōdita/ anno. ccclij. quo p̄ vniuersum orbē pax firmissima ordinatiōe dei ab Augusto firmata fuerat: dñs nr̄ Iesus Xps̄ fili⁹ dei/ ætatē mūdi sextā/ suo cōsecrauit aduētui. Itē dieb⁹ Octauiani Augusti/ trās Tyberim/ de taberna meritoria/ fons olei de terra exūdauit: ac p̄ totū diē largissimo riuo fluxit: significās ex gētib⁹ xp̄i grām. Tūc etiā circulus ad celestis arc⁹ speciē/ circa Solē apparuit: vt habet̄ in Cronica Romanorū Impatorū Leonardi Aretini/ libro. vij. Anno iperij Augusti. xliij. Herodes morbo inaudito: & scatētib⁹ toto corpe vermib⁹/ digne moritur. Sed Archelaus ei⁹ filius: ab Augusto substitutus/ regnauit annis nouē/ vsq̄ ad Augusti finē.



**T**iberius Pignus pignus / Augusti fili<sup>9</sup> / Impa  
tor. iij. q impavit annis. xxiij. Regre li. Virg. c.  
Tiberi<sup>9</sup>. Anno v<sup>o</sup>. xij. i<sup>o</sup>perij sui Pylat<sup>9</sup> Iudex / p<sup>o</sup>cu  
rator ab eodē dirigit. ¶ Anno. xvij. i<sup>o</sup>perij Tyberij  
dñs n<sup>r</sup> Iesus X<sup>p</sup>s sua passiōe redemit mūdum / āno  
ætatis suę. xxxij. & eo magis q<sup>o</sup> ei vita p<sup>o</sup>pagata est  
ab. viij. kal. April. quo die cōcept<sup>9</sup> est in v<sup>o</sup>g<sup>o</sup>is vte  
ro de spū sctō: vt narrat Platina i<sup>o</sup> vita pōtificū : vbi  
scribit ad Sixtū. iij. Cui<sup>9</sup> etiā t<sup>o</sup>pibus facies & vultus  
sanctus nostri redemptoris a sancta Veronica per  
mare / de Hierusalem / Romā portat<sup>9</sup> & adduct<sup>9</sup> fuit.  
Quo viso / Tyberius mox a morbo liberatus est.

**C**aius cognomēto Callicula / Impator. iij. Ro.  
i<sup>o</sup>peravit annis. iij. mētib<sup>9</sup>. x. diebus. viij. anno  
dñi. xxxvij. ¶ Hic Herodē Agrippā amicū suū li  
beravit a vinculis: & fecit eū Iudę regē: vbi regna  
vit annis. vij. vsq<sup>3</sup> ad. iij. annū Claudij. Cui quidem  
p<sup>o</sup>cusso ab Angelo successit in regnū eius Agrippa:  
vbi māsit annis. xxvij. vsq<sup>3</sup> ad extermiū Iudęorū.  
Herodes aut Tetrarcha / petēs amicitia Gaij: cogēte  
Herodiade / Romā venit. Sed accusat<sup>9</sup> ab Agrippa  
Tetrarchiā pdidit. Fugiēs ergo cū Herodiade / Hi  
spaniā petijt. ¶ Pylat<sup>9</sup> qui sentētiā dānationis dixē  
rat: tātis angustijs a Gaiō p<sup>o</sup>cussus est: q<sup>o</sup> carcerat<sup>9</sup> se  
sua manu p<sup>o</sup>emerit. Gaius aut s<sup>o</sup>quens i<sup>o</sup> Iudæ os / sctā  
cor<sup>o</sup> loca / idolor<sup>o</sup> sordib<sup>9</sup> p<sup>o</sup>phanavit. ¶ His tēpori  
bus Matthæ<sup>9</sup> i<sup>o</sup> Iudæa p<sup>o</sup>dicans / Euāgeliū scripsit.

**C**laudius Imperator. v. cōp<sup>o</sup>it i<sup>o</sup>perare āno dñi  
xx. & impavit annis. xij. mētib<sup>9</sup>. vij. & dieb<sup>9</sup>  
xxvij. ¶ His tēporibus / Petrus cū primo fundasset



## De Imperatoribus

Ecclesiā Antiochenā/Romā venit: tenuit cathedrā episcopalem annis. xxv. vsq; ad vltimū Neronis annum. ¶ Marcus euangeliū Ro. scripserat/Petro eū mittēte. iij. anno Claudij predicabat in Aegypto. ¶ Eodem anno fames grauissima facta est.

**N**ero imperator. vj. impare coepit anno dñi lvij. & imperauit annis. xij. mēribus. vij. diebus. xxvij. Huius. ij. anno Festus Iudæe procurator successit Felici: A quo Paul<sup>9</sup> apostolus/Romę vincus/per bienniū stetit in custodia libera. Post hoc/nondū rabido seuiēte Nerone/dimittitur ad prædicandum: Iacobus frater dñi/cū. xxx. annis rexisset ecclesiam, vij. anno Neronis circa annos dñi lxxv. a Iudeis lapidatus est. Albinus successit in magistratu Iudæe. Albinus autē Florus: cuius luxuriā & auaritiā/ceteraq; flagitia nō ferentes Iudei/contra Romanos rebellarūt. Aduersum quos Vespasianus magister militię plurimas vrbes Iudæe coepit. Interim Nero primus Christianos prosequitur: inter quos/Petrū apostolū & Paulū gladio occidit.

**O** Alba imperator. vij. prout scribit in Cronica martyrū. Anno dñi. lxxj. impauit mērib<sup>9</sup>. vij.

**V**espasianus Imperator. vij. imperauit annis ix. mensibus. ij. diebus. xij. cū coepisset imperare: prout scribitur in Cronica martyrū. Anno dñi lxxvij. Hic apud Iudæā Imperator exercitus nominatus/bellum filio suo Tito cōmendans: Romā venit: qui anno secūdo Iudeorū Regnū subuertit: tēplumq; strauit/post annos primę suę cōstructionis cclxxxix. Consummatum est bellū anno quarto.



**T**itus Vespasiani filius Impator. ix. coepit impa-  
re Anno dñi. lxxxij. & impauit annis. ij. mesi-  
bus. iij. Vir quidē mirabilis, omniū virtutū genere  
abūdās: ita vt amor et delitię hūani generis diceret.

**D**omitianus frater Titii iunior, Imperator. x.  
coepit impare: put scribitur in Cronica mar-  
tyrū. anno dñi. lxxxv. & imperauit annis. xv. men-  
sibus. v. Hic secūdus post Neronē Christianos pro-  
sequitur: sub quo Ioānes Euāgelista & apostolus  
in Pathmos insulā relegatus: quū eū misisset in do-  
llum feruētissimi olei sine vllō cruciatu vel poena.

**D**erua Imperator. xj. imperauit anno vno: mē-  
sibus. iij. & diebus. viij. Hic suo edicto cun-  
ctos, q̄ a Domitiano exulauerāt, reuocauit. Quare  
sctūs Ioānes apl's & euāgel. ab exilio liberat⁹ rediit  
Ephesum. Et p̄ eius absentia vidit ab hereticis cōcus-  
sam fuisse fidē: hāc descriptam in euāgelio stabiliuit.

**T**raianus Imperator. xij. coepit imperare anno  
domini. c. & imperauit annis. ix. mensibus. vj.  
& diebus. xv. Huius tempore Ioannes apostolus &  
Euāgelista. lxxvj. āno post passionē dñi: etatis autem  
sue. xciiij. Ephesi placida morte quieuit. Plinius fa-  
cundus orator & historicus immēsus habetur.

**A**drianus Traiani filius Impator. xij. ipauit an-  
nis. xxj. cū ipare cepisset circa ānū dñi. cxxix.  
Hic Iudæos rebelles domauit & introeūdo Hiero-  
solyrnā Inia ablata: quā ipm i optimū statū murorū  
extructiōe reparare, Heliā de suo noie reparare p̄cepit.

**A**ntonius cognomento Pius, Imperator. xiiij  
cum filio suo Aurelio & Lucio impauit annis



## De Imperatoribus

xxij. & .iiij. mēſibus. Hoc tēpore Policarpus veniens Romā multos ab heretica labe compeſcuit.

**M** Arcus Antonius verus Imperator. xv. cū Lucio aurelio Commodo cœpit imperare anno dñi. clxii. & imperavit annis. xix. & mēſibus. ij. Hoc tēpore Policarpus in Asia martyrizatus est.

**C**ommodus Antonij veri filius. Impator. xvj. post patrē imperare cœpit circa annos dñi. clxxxiiij. & imperavit ānis. xiiij. Et hic dicitur Comodus ob sua facinora. In domo Vestali strāgulatus interijt. cū tāta execratiōe oīm: vt hostis humani gñis diceretur.

**P**ertinax Imperator. xvij. cœpit imperare circa annos dñi. cxciiij. & imperavit mēſibus. vj. ¶ Hic scelere Iuliani iurisperiti occiditur in palatio. orta seditione inter p̄torianos milites.

**S**euerus Pertinax Imperator. xviiij. imperavit ānis xvij. cū imperare cœpisset anno dñi. cxcv. Hoc tpe Leonides pater Origenis martyrio coronatur.

**A**ntonius Caracalla Seueri filius. Imperator xix. imperavit annis. vij.

**M**artinus imperator. xx. Imperavit anno vno cum imperare cœpisset anno dñi. ccxix. Turbato multo militari cum filio suo occisus est.

**M**arcus Aureolus Antonius Imperator. xxj. imperavit annis. iiij. cum cœpisset imperare anno domini. ccxx. Huius tēpore in Palestina vrbis Nicopolis: quæ prius Emaus dicebatur. cōdita est.

¶ Hæc est illa Emaus: quam Christus post resurrectionem ingressu suo (sicut narrat Lucas) sanctificare dignatus est.



**A**urelius Alexander Imperator. xxij. imperauit annis. xij. cum imperare cœpisset anno dñi ccxxxij. ¶ Hoc tpe Origenes per totū orbē gloriosus habetur. ¶ Nec mirū scribit Beda de ipso Origenes tātū sedulus fuit: vt Hieronymus in quodam loco. v. milia libroꝝ eius se legisse meminerit.

**M**aximinus Imperator. xxij. imperauit annis ij. cum cœpisset imperare anno dñi. ccxxxix. ¶ Hic fuit genitus patre & matre barbaris.

**O**rdianus Impator. xxij. imperauit annis. vj. cū cœpisset impare anno dñi. ccxxxix. put scribit Ruffinus in annalib⁹ Romanorū. ¶ Iste adhuc adolescēs ex Senat⁹ suū cū lēticia poplī fact⁹ ē Senator.

**P**hilipp⁹ cū Philippo Impator. xxv. imperauit annis. xv. prout scribit Ruffinus in annalib⁹ Romanorum: cū cœpisset imperare anno dñi. cclv. ¶ Hic primus oīm Imperatorū Christianus fuit: & vna cū suo filio baptizatus est: vt dicit Ruffinus.

**D**ecius Imperator. xxvj. imperauit annis. ij. mensibus. ij. cū imperare cœpisset anno dñi cclij. ¶ Hic Decius patrē & filium interfecit. ¶ Hic bello a Gothis occiditur. Sed fracto fundo plaustrī nunq̄ poterat reperiri. Ideo alibi q̄ a diabolo: & alibi dicitur a Gothis raptus.

**G**all⁹ cū Vulfiano filio Impator. xxvij. imperauit annis. ij. & mensib⁹. iij. Cui⁹ tpe Origenes anno. lxx. etatis suę: non tñ integre impleto, morit⁹: & in Tyro vrbe sepelit⁹. Et Cornelius ep̄s Romæ rogat⁹ a quadā matrona Lucina, corpora ap̄loꝝ nocte de Cathecūbis leuaui⁹: & posuit corp⁹ Pauli in



## De Imperatoribus

via Hostien. vbi fuerat decollat<sup>9</sup>. Petru<sup>m</sup> aut<sup>m</sup> circa lo-  
cu<sup>m</sup> vbi fuerat crucifix<sup>9</sup> in templo Apollinis in monte  
aureo in Vaticano palatii Neroniani. iiii. kal. Iulij.  
Reque notater i lib. Vergi. vbi agit de Petro aplo.

**A**lerianus cu<sup>m</sup> filio suo Galieno Imperator  
xxviii. imperauit annis. xv. cum imperare coe-  
pisset ano dñi. cclvj. Iste militas a Persis deballatus  
est & capt<sup>9</sup>. Et q̄ diu vixit stetit sub hac seruitute: vt  
pede sup ceruice ei<sup>9</sup> poneret sp. quu<sup>m</sup> eq<sup>s</sup> ascenderet.

**C**laudius Imperator. xxix. coepit impare anno  
dñi. cclxxj. & imperauit anno vno & ix. men-  
sibus. ¶ Hic Gothos ia<sup>m</sup> per annos. xv. vastates Ma-  
cedonia & Illyricu<sup>m</sup> superauit. Ob qd<sup>m</sup> i Curia ei cly-  
peus aure<sup>9</sup>: & i Capitolio statua aurea collocata est.

**A**urelianus Impator. xxx. imperauit annis. v.  
mensibus. vj. cu<sup>m</sup> coepisset imperare ano dñi. cc-  
lxxiiij. & tandem edificasset Romæ templum Solis: in  
quo posuit auri & gemmaru<sup>m</sup> quantitate<sup>m</sup> maximam.  
Hic in Gallia crudeli edicto prosequit<sup>r</sup> Xpianos: &  
ciuitate<sup>m</sup> Gallia<sup>e</sup> q̄ Genubu<sup>m</sup> dr̄ a suo noie dixit Au-  
relianu<sup>m</sup>. Tandem fraude serui sui a Militibus occiditur.

**A**acitus Imperator. xxxj. imperauit mensibus  
vj. cum coepisset imperare anno dñi. cclxxvij.  
Iste fuit prudēs, curialis, & largus. Quo apud Pon-  
tum occiso Florianus tenuit Imperium vsq<sup>ue</sup> ad. iij.  
menses, & similiter apud Tharsum occiditur. ¶ His  
temporibus oritur insana Manichæor<sup>um</sup> heresis.

**D**rob<sup>9</sup> Impator. xxxij. ipauit annis. vj. & me-  
sibus. iij. cu<sup>m</sup> ipare coepisset ano dñi. cclxxix.  
Et tandem fuit militari pugna apud Smyrna<sup>m</sup> cesus.



**H**Lorianus nil memoria dignū fecit: quibus duo  
bus annis imperauerat. Erat Imperator in or  
dine. xxxiiij.

**Q**Arus Impator. xxxiiij. cū suis filijs Cario &  
Numeriano impauit annis. ij. cū cœpisset im  
perare anno dñi. cclxxxviij. Hic ī paruo fluie periit.

**D**iocletianus cum Maximiano cognomento  
Aurū Calcio imperauit annis. xx. cū impera  
re cœpisset scđm Orosium lib. vj. cclxxxviij. alias. cc  
lxxxix. Et anno ab vrbe condita. M. xli. Re. lib. Ver  
gil. c. Consensu omnium factus est Imperator.

**C**onstantius magni Cōstantini pater Impera  
tor. xxxv. militauit ita laudabiliter sub Diocle  
tiano Imperatore Romano: qui quarto anno sui im  
perij dictū Constātiū fecit Cæsare: cui scđm Oro  
sium in li. vij. & Ruffinū in annalibus Romanorū:  
& Eutropiū in lib. x. Maximiani & Herculei dile  
ctę summę Diocletianę Theodorā puignā in cōiu  
gem dedit. Ex qua tres filios & totidē genuit filias  
Cōstantini magni fratres: quę ex prima vxore He  
lena Britānię regina ipse susceperat. Tractu demū  
tēporis cū Diocletianus ætate cōfectus se inhabilē  
nosceret ad imperiū gubernandum: & ad priuatam  
rediisset vitam: ipse Constantius factus est Impera  
tor vna cum Maximino Galerio. Qui postq̄ facti  
sunt Augusti sic imperiū diuiserunt: vt Constātius  
Italiam Galliā Hispaniā & Aphricā possideret. Ga  
lerius vero Illyricum Anacretā & totum Oriētē ha  
beret. Sed Cōstantius vir summę māfuetudinis so  
lum administratiōe Gallię & Hispanię cōtēt⁹ fuit.



## De Constantino Imperatore

¶ Quapropter Galerius fecit duos Cæsares: Maximinum quæ proposuit Orienti, & Seuerum præfecit Italiae. Ipse vero in Illyrico & Græcia iura imperii gubernabat. Cœperunt impare Anno dñi. ccc. & imperauerunt Galerius .ij. annis: Constantius vero .xiiij. computato tpe quo fuerat Cæsar. Hic Constantius: prout scribit Ruffinus in annalibus Romanorum: fuit Eutropio nobili Romano genitus: & matre Claudia filia Crispini fratris Claudii imperatoris. Curauitque semper fisci comoda non priuata: quapropter a subditis semper amatus est. Et tandem moriens .xiiij. anno sui imperii Constantinum magnum primogenitum eius imperii sui reliquit heredem. Reliquit etiam duos alios filios ex alia uxore: quorum vnus Constantinus, alius Dalmatius nominabatur.

**M**axentius non Imperator sed tyrannus Romanus. ponitur eo. lib. Virg.

**C**onstantinus Constantii filius ex concubina Helena Imperator creatus in Britannia regnavit annis .xxx. mensibus .x. diebus .xj. Cum cœpisset regnare Anno dñi. cccxj. ¶ Hic Romæ ubi baptizatus est fecit construere basilicam beati Ioannis Baptiste: quæ vocatur Constantiana. ¶ Item basilicam Petro & Paulo in templo Apollinis, circumdans corpus vtriusque ereo cupro quinque pedum. ¶ Item basilicam beato Laurentio martyri in via Tyburtina in agro Veiano. Et alias basilicas multas. ¶ Item in Græcia constituit urbem sui nominis: quam voluit esse sedem Romani imperii, & caput totius Orientis.

¶ Scribit Iacobus de Voragine in legendis sanctorum, quod Christianos hostiliter persequebatur.



Quapropter papa Silvester cū suis clericis ab vrbe fugiens latuit in mōte Soracto. Interim deus percussit Cōstantinū incurabili morbo lepræ. Et quū nulla ei prodesse suffragia medicorum: consuluerunt vt ablueretur recenti sanguine lactentium puerorū. Et quū imperator venisset ad locū cædis vīdissetq; .xxx. milia vagiētū puerorū: & matres (solutis crinibus) miserabiliter vlulātes genitrib⁹ ait. Nolite timere: volo enim potius mori q̄ cū tot milium innocentum cede viuere. Iussitq; cum donis matribus natos reddi. Sequenti nocte Petrus & Paulus apostoli apparuerunt sibi dicentes. Quoniam abhorruisti effusionem sanguinis innocentū nos ad te misit dñs noster Iesus Christus: vt pro salute tua habeas Siluestrum latentem in monte Soracto. Tandem persuasione Siluestri papæ baptizatus Constantinus: qui repente cādē in vestibus per septem dies cōtinuos leges in honorē Christi & omnium Christianorum condidit. Octauo die veniens ad confessionē: abiectis cunctis imperialibus signis: expansis manibus se proiecit in terram cum fluuio lachrymarum. (Hic baptismus ponitur cū ingenti miraculo circa finē presentis capituli.) Vas illud pulcherrimū: in quo baptizatus fuit Constantinus: vulgari appellatione Concha dicitur: ex nigro lapide & auro politissimo: quē Constantinus in memoriam tanti beneficii intrinsecus & extrinsecus (quantū ascēderat aqua) fecit argēto purissimo cooperiri. In medio vero fontis fecit poni columnam porphyri: sup quā posuit lapidē aureā ponderis librarum. liij. In qua diebus paschalibus arde



## De Constantino Imperatore

bat balsamū. In labro fontis / posuit agnum aureū  
fundentē aquā / ponderis librarū .clxx. Ad dexterā  
autē agni / cōstituit saluatoreē ex argēto purissimo /  
ponderis librarū .clxx. In leua parte agni / Ioannē  
Baptistā ex argēto purissimo / tenētē titulū scriptū:  
Ecce agu<sup>s</sup> dei / qui tollit peccata mūdi: ponderis li-  
brarum .cxxxv. Posuit & circa fontē / ceruos septem  
fundentes aquā / oēs ex auro purissimo: quorū qui  
libet erat pōderis librarū .lxxx. Quæ oīa / aut sacer-  
dotum cupiditate / seu tyrannorū sacrilegio ablata  
sunt: & sic hodie vas nudū apparet. Baptizatus ita  
q̄ Constantinus / mox publico præcepit edicto: vt  
per totū Ro. imperiū / idolorū tēpla clauderētur:  
& ecclesię Christi ruptæ reedificarentur. Martyrū  
sepulchra cū veneratione maxīma coli iussit. Post  
hæc ita prudenter & pie in senatu cōcionat<sup>s</sup> est: q̄  
omnes Romani ad fidē Christi conuersi sunt. Hoc  
tēpore / Helena Cōstantini mater: quæ tunc in Biti-  
nia morabat<sup>r</sup> / a Iudæis psuasa: vt culturā reliqueret  
idolorū: & cerimonijs Iudeorū iseruiret. Hæc scri-  
psit ipiā filio: cōmēdādo q̄ reliquerat idolorū fidē:  
sed increpādo / q̄ seruebat religioni Christianorū.  
Cui rescripsit Cōstantinus / mādans sacerdotes Iu-  
deorum & Christianorū Romæ / ipsis presentibus  
de veritate fidei disputaturos. Cui disputationi / ex  
præcepto Augusti omnes prudētes Romani impe-  
rii interfuerunt. Cōgregati igitur fuerūt in Roma-  
na vrbe Episcopi septuaginta quinque. Iudeorum  
vero sacerdotes .ccxx. exceptis duodecim scri-  
bis: quos Isachar summus pontifex misit: doctissi-  
mos in Græco & Hebræo. Huic disputationi inter



fuit Constantinus & Helena mater eius. Iudices & arbitri litis non fuerunt Christiani nec Iudaei Hebraei: quorum vnus fuit Crathon philosophus: cui nunquam persuaderi potuit ut a quoque munus acciperet. Nilque volebat suum esse: nec quicquam in posterum diem reseruare voluit. Dicebat enim ex carētia diuitiarum frui summa securitate. Huic socius datus est Zenophilus constantissimus ac prudentissimus homo. In his duobus erat tanta veneratio: quae nullus poneret in ambiguo id verum tenendum esse quod ipsi cēsuissent. Congregatis igitur cum ceteris: inter beatum Siluestrum & scribas fuit longa cōcertatio. Demum ita euidenter illos conclusit beatus praesul: quae omnes populi clamauerunt eos ab urbe esse pellendos: qui non profiterentur Christum filium dei esse. Multi etiam ex Iudaeis qui venerant impugnare fidem baptizati sunt. Et Helena mater Constantini deosculata est pedes beati Siluestri. Et ipsi disputationis iudices baptizati sunt. Potissima causa fuit quae vnus ex scribis volens ostendere potentiam suae fidei fecit adduci thaurum adeo ferocem quae vix centum homines ipsum ad locum disputationis ducere poterant: & dictis quibusdam verbis in aure cecidit mortuus in terram: quem postea nullis verbis potuit scriba suscitare. Et Iudaei omnes promiserunt quae si eum suscitaret in nomine Iesu Christi: baptizarentur: & ita factum est. Deinceps beatus Silvester cum duobus praesbyteris & duabus lanternis descendit in quoddam antrum per .cl. gradus: ubi coniurato Dracone qui Urbem infecerat peste inexpiablem eum fecit innoxium. Ligauitque sibi os cum filo: quod sigillauit cum sigillo tenente impressionem



## De Constantino Imperatore

sanctæ crucis. Igitur eodē tēpore fuerunt liberati  
Romani a cultura demonū & infectiōe draconis.  
**¶** Roboratus Cōstantin⁹ in fide: generalē scripsit  
epistolā ad vniuersos episcopos & prēlatos: quam  
Isidorus ponit inter decreta patrum: in qua ponit  
modū suę conuersionis sub ista forma vt sequitur.  
**I**N nomine sanctæ & indiuiduę trinitatis. im-  
perator Cęsar/Flau⁹/Cōstantin⁹/Augustus,  
Sāctissimo patrū patri Siluestro Romano pōtifici:  
omnibusq; successorib⁹ episcopis vrbis Romanę:  
ac cūctis catholicis ep̄is gratiā/charitatē/pacem/&  
gaudium. Ea quę saluator dei filius dñs noster Ie-  
sus Xps per sanctos ap̄los suos Petrū & Paulū in-  
terueniēte patre nostro Siluestro mirabiliter opari  
dignatus est ad noticiā omniū populorū decreui-  
mus aperire. Nā quum validissima squaloris lepra/  
carnē meā inuasisset: nec curā posset adhibere aliq;   
medicorū: dixerūt Capitolij sacerdotes mihi fontē  
in Capitolio debere fieri: & in lactentiū puerorum  
sāguine lauari iubebāt. Quo audito/exhorruī: pue-  
rosq; iā occidi paratos cū muneribus remitti iussi.  
Quo facto /quū tēpus mihi somni aduenisset: asti-  
terūt apli Christi Petr⁹ & Paul⁹ / dicētes. Quoniā  
abhorruisti innocentis sanguinis effusionē / a deo  
ad te mittimur: vt modū curatiōis a lepra tibi signi-  
ficem⁹. Mitte p̄ Siluestro episcopo qui in mōte So-  
racto latet: hic tibi ostēdet piscinā: in qua lotus / re-  
pente curaberis. Quare pater noster Silvester me  
septē dieb⁹ in pœnitētia tenuit. Octaua autē die / me  
sacra vnda perfudit. Sed me repēte in fonte posito /  
pprijs oculis vidi manū de cœlis me sanātē a lepra.



Sic igit me fontē exiuisse ab omni lepra curatū cognoscite. Quāobrem cēsui cū vniuerso senatu, cunctisq; principib⁹ Roman. urbis, exaltare sedē beati Petri ap'lorū principis. Quare decerneñ. sancimus: vt ipsa Romana sedes sup oēs eccl'ias q̄ in vniuerso orbe sūt teneat principatū. Et q̄ p tēpore fuerit pōtifex hui⁹ ecclesie, sit excellētior princeps mūdi: & ad dcī cultū, stabilitatēq; Christianę fidei, disponet vt libet. Iustū qppe est, vt ibi lex san cta teneat principatū: vbi sanctarū legū institutor Xps, beatū Petrū tenere iussit cathedrā apl'atus. & vbi ipse beat⁹ apl's sumpsit martyrii poculū: & ibi gētes pro Xpi noie colla flectāt: vbi beat⁹ Paulus doctor gentiū extendere collum iussus, fuit martyrio coronatus. Sit etiā oibus manifestū nos intra palatiū nostrum Lateraneñ, saluatori Christo ecclesiā cōstruxisse ornatissimā auro, argēto, & lapidib⁹ p̄ciosis. Cōstruximus etiā beatorū ap'lorū Petri & Pauli Basilicam vbi sacratissima eorū corpora p manus patris nrī Siluestri cū magna solēnitate fecimus tumulari. Et ne apex pōtificalis vileat paupertate, sed decoret gloria & dignitate Ro. ecclesie, tam palatiū nostrū q̄ Romanæ urbis & omnis Italie, omniūq; occidentaliū prouincias, regiones, loca, ciuitates & insulas: que circa Italiā sunt, patri nostro Siluestro, cūctisq; successorib⁹ suis sub iure Romanæ ecclesie pro affectu largimur & donamus in Christo humani generis redemptore. Nos autē imperiū nostrum transferimus ad orientem, in Byzantiū ciuitatem: quam ampliari fecimus, & a nostro nomine Constantinopolim appellari.



## Oratio deuotissima

### Oratio de Sudario siue Ver nica Iesu Christi.

**S**alue sancta facies nostri redemptoris:  
In qua nitet species diuini splendoris,  
Impressa panniculo niuei candoris:

Dataq; Veronicæ signum ob amoris.

Salue vultus domini imago beata:

Ex æterno munere mire decorata:

Lumen funde cordibus: exinde tibi data

Et ex nostris sensibus tolle colligata.

Salue splendor gloriæ salus peccatorum:

Repræsentans proprie regem angelorum:

Restauratrix gratiæ speculum sanctorum:

Te quærent respicere spiritus cœlorum.

Salue robur fidei nostræ Christianæ:

Destruens hereticos qui sunt vitæ vanæ:

Horum auge meritum qui te credunt sanc:

Illius effigiem qui rex fit ex pane.

Salue nostra gloria in hac vita dura:

Labili & fragili cito transitura:

Nos perduc ad patriam, o felix figura:

Ad videndum faciem quæ est Christi pura.

Salue (o sudarium) nobile iocale.

Et nostrum solatium & memoriale

Eius qui corpusculum assumpsit mortale:

Nostrum verum gaudium & bonum finale.

Salue iubar sæculi stella matutina:

In conspectu populi fulget lux diuina:

Quæ est cura languidi vitæ medicina:

Nos in mundo labili lues a ruina.



¶ Salve gemina nobilis / vera margarita:  
 Cœlicis virtutibus perfecte munita:  
 Non depicta manibus / sculpta / nec polita:  
 Hoc scit summus artifex qui te fecit ita.

¶ Ille color cœlicus qui in te splendet:  
 In eodem permanet statu: nec decrescit:  
 Diuturno tempore minime pallefcit:  
 Fecit te rex gloriæ qui fallere nescit.

¶ Nesciens putredinem / seruans incorruptum:  
 Quod est Christicolis coram te deductum:  
 Tu vertes in gaudium / gemitum & luctum:  
 Confer salutiferum te videnti fructum.

¶ Salve decus sæculi / speculum sanctorum:  
 Te videre cupiunt spiritus cœlorum:  
 Nos ab omni macula purga vitiorum:  
 Atq; nos consortio iunge beatorum.

¶ Esto nobis quesumus tutum adiuuamen  
 Dulce refrigerium / atq; consolamen:  
 Vt nobis non noceat hostile grauamen:  
 Sed fruamur requie cum beatis Amen.

## Versus.

Signatum est super nos lumen vultus tui domine.  
 & Dedisti læticiã in corde meo. Collecta.

**D**Eus qui nobis lumen vultus tui memoriale  
 ad instãtiam beatæ Veronicæ / sudario im-  
 pressam imaginem tuã relinquere voluisti: per pas-  
 sionem & crucem tuam: tribue quesum? : vt ita nũc  
 in terris per speculum in enigmate te videre & ado-  
 rare valeamus: vt te iudicem super nos venientem  
 facie ad faciẽ / læti & securi videre mereamur in cœ-  
 lis. Per christum dominum nostrum. Amen.



## Indulgentiæ Ecclesiarum

¶ Incipiunt indulgentiæ septem ecclesiarū principalium vrbis Romæ.

**S**anctus Silvester papa scribit in Cronica sua: quod Romæ fuerunt. M. cccc. v. ecclesie: quarū maior pars est destructa: et inter illas sunt septē principales priuilegiatæ maiori priuilegio, gratia, san-ctitate, & dignitate quæ aliæ.





**P**rima ecclesia principalis est Lateranen. que  
 dedicata fuit a beato Siluestro papa in hono  
 rem saluatoris & sanctorū Ioānis Baptistæ & Ioā  
 nis Euangelistæ. Et sunt in eadē ecclesia omni die  
 cōcessi. xlviii. anni indulgentiarū: & tot quadrage  
 næ: & remissio tertiæ partis omnium peccatorum.  
 ¶ Itē papa Silvester & Gregori<sup>9</sup> summi pōtifices  
 (qui eam cōsecrauerunt) deuote visitantibus dede  
 runt indulgentias: quas nemo prēterq̄ solus deus  
 numerare potest: testante beato Bonifacio: qui di  
 cit. Si scirēt homines indulgentias ecclesie Latera  
 nen. q̄ tot essent nō eis opus esset vt irent ad Sepul  
 chrum dñi: seu ad sanctū Iacobū. ¶ Dicit idē Bo  
 nifacius papa. Si quis ad sedem nostrā Lateranen.  
 causa deuotionis vel orationis aut peregrinatiōis  
 peruenerit: absoluit̄ ab omnib<sup>9</sup> peccatis suis. ¶ Di  
 cit idem Bonifa. pa. Si quis ad dictā sedem peruene  
 rit in die sancti saluatoris: absoluitur ab oībus pec  
 catis suis. ¶ Itē in sacristia eiusdem ecclesie est alta  
 re sancti Ioānis Baptistæ quod habuit in deserto.  
 ¶ Itē in quadā capella in fine dictæ ecclesie est ar  
 cha foederis veteris testamenti. ¶ Itē mēsa sup quā  
 cœnauit dñs noster Iesus Xps cum discipulis suis.  
 ¶ Item virga Moyſi & Aaron. Et hec oīa portauē  
 rūt Vespasianus & Titus de Iherusalē cū quattuor  
 colūnis ereis plenis terre sancte de Iherusalē: quæ  
 stant erectæ circa summū altare. ¶ Item supra sum  
 mum altare sunt capita sanctorū ap̄lorum Petri &  
 Pauli: & quādocuncq̄ illa ostendūtur tūc ibi sunt  
 tātæ indulgētiae quātæ sunt ad sanctū Petrū: quā  
 do ostenditur sudarium dñi seu Veronica. Quæ in



## Indulgentiæ Ecclesiarum

dulgentiæ ostensionis Veronicæ, habetur in sequentibus folijs: videlicet in secunda ecclesia principali.

¶ Item: quando ista sacratissima ecclesia ab hereticis fuit combusta, de capite sancti Pancratij emanauit sanguis tribus diebus, & tribus noctibus: quod caput etiam ostenditur cum cæteris reliquijs in die Pasche, peracto prandio. Quam ecclesiam postea renouauit, & de fundamento edificari fecit dei genitricis seruus Nicolaus papa. iij. ordinis sancti Francisci: vt clare adhuc apparet in opere musaico supra summum altare sancti Siluestri, & suorum predecessorum summorum pontificum: qui summi pontifices, celebrabant in criptis & cauernis terræ, occulte propter imperatorum, & aliorum tyrannorum metum, paganorum & Sarracenorum.

¶ Item subtus illud altare, est oratorium sancti Ioannis Euangeliste, vbi orabat quando adductus & deductus ac detentus fuit Romæ.

¶ Item in quodam tabernaculo maiori quod stat super dictum altare, requiescunt capita sanctorum apolorum Petri & Pauli vt dictum est.

¶ Item in quodam tabernaculo: quod est super altare sanctæ Mariæ Magdalene, sunt reconditæ hæ reliquiæ quæ sequuntur: videlicet, Tira cum qua coronatus fuit sanctus Silvester papa per Constantinum imperatorem.

¶ Item caput sancti Zacharie, patris sancti Ioannis Baptistæ.

¶ Item caput sancti Pancratij martyris: de quo emanauit sanguis per tres dies continue: quando ista sacratissima ecclesia fuit ab hereticis combusta.

¶ Item de reliquijs sanctæ Mariæ Magdalene.

¶ Item vna spatula sancti Laurentij martyris.

¶ Item vnus dens sancti Petri apostoli.



¶ Item cuppa ex qua sanctus Ioanes venenum bibit: & non sibi nocuit. ¶ Item cathena cum qua ligatus fuit sanctus Ioannes Euangelista dum duceretur de Epheso Romam. ¶ Item tunicella sancti Ioannis Euangelistae: quae posita fuit supra tres mortuos: & confestim surrexerunt. ¶ Item de cineribus sancti Ioannis Baptistae & cilicium ipsius. ¶ Item de lacte & capillis & de vestimentis gloriose virginis Mariae. ¶ Item camisia quam fecit virgo Maria Christo proprijs manibus. ¶ Item lintheum seu pannus cum quo Christus extersit pedes Apostolorum. ¶ Item sorbices & arundo cum qua Christus percussus fuit. ¶ Item de ligno sanctae crucis. ¶ Item purpureum vestimentum tinctum de guttis sanguinis Christi. ¶ Item velum beatae virginis Mariae quod ipsa posuit ad femoralia Christi in cruce. ¶ Item sudarium quod positum fuit super faciem Christi. ¶ Item praeputium domini nostri Ihesu Christi: quando fuit circumcisus. ¶ Item aqua & sanguis qui emanauit de latere Christi. ¶ Item de vero ligno crucis. Et multae aliae reliquiae: quae ostenduntur in die Paschae peracto prandio. ¶ Item in festo saluatoris: cuius imago visibiliter apparuit omni populo Romano miraculose: scilicet quando papa Silvester consecrauit dictam ecclesiam: vbi fuerat populus Romanus congregatus: tunc imago saluatoris apparuit visibiliter omni populo de vrbe: quae imago remansit in pariete: & quotidie videri potest: nec comburi potuit quum ecclesia fuerit bis combusta: ibi vero est remissio omnium peccatorum.



## Indulgentiæ Ecclesiarum

¶ Item in capella sancti Ioannis Baptistæ ad fontes: quam mulieres non intrant sub pœna excômmunionis: ibidem est remissio omnium peccatorum.

¶ Itē in capella sancti Laurentij: quā similiter mulieres nō intrant sub simili pœna: q̄ dicunt sanctas sanctorum: ibidem est remissio omnium peccatorum. Est in eadem capella imago Christi in ãtate. xij. annorum diuinitus & humanitus depicta. Et circa eadem capellam sunt gradus super quos dominus noster Iesus Christus cecidit vsq; ad effusionem sanguinis: & signū apparet clare vbi cecidit sanguis. Qui gradus steterunt ante domum Pylati in Iherusalem. Et quicūq; hos gradus ascēdit geniculādo: ille pro quolibet gradu. ix. annos indulgentiarum, & tot quadragenas, & remissionem tertie partis omnium peccatorum habet.

¶ De priuilegio istius ecclesie & dignitate legantur ista metra sequentia.

Dogmate papali datur ac simul imperiali  
Qd̄ sim cunctarum mater/caput ecclesiarum:  
Hinc saluatoris cœlestia regna datoris:  
Nomine sanxerunt quū cuncta peracta fuerunt.  
Sic sumus ex toto conuersi supplice voto:  
Nostra q̄ hæc sedes tibi sit Christe inclyta sedes:  
Hæc est papalis sedes et pontificalis:  
Præsidet & Christi de iure vicarius isti:  
Et quia iure datur sedes Romana vocatur:  
Qua debet vere nisi solus papa sedere:  
Gloria sublimis, alij subduntur in imis.





**S**ecunda ecclesia principalis est ad sanctum Pe-  
 trum in monte Vaticano palatii Neroniani: in  
 qua sunt omni die. xlvij. anni indulgentiarum & tot  
 quadragenae: & remissio tertiae partis omnium pecca-  
 torum. ¶ Item in eadem ecclesia fuerunt. c. et. ix. altaria,  
 quae nunc pro maiori parte sunt destructa. Et pro quo-  
 libet conceduntur. xvij. anni indulgentiarum. Et in-  
 ter alia sunt. vij. altaria principalia: quae maiori gra-  
 tia sunt privilegiata alijs altaribus: & quodlibet illo-  
 rum. vij. est circumdatum cancellis aereis. ¶ Item quan-  
 documque est festum sancti Petri, vel festum predicto



## Indulgentiæ Ecclesiarum

rum altarium, vel festum natiuitatis domini, vel paschæ, vel festum omnium sanctorum, vel aliud festum duplex: duplicantur omnes indulgentiæ prædictæ. ¶ Item in festo annunciationis beatæ Mariæ virginis, sunt ibidem mille anni indulgentiarum. ¶ Item a prædicto festo usque ad kal. Augusti sunt ibi. xij. anni indulgentiarum, & tot quadragenæ, & remissio tertiæ partis omnium peccatorum. ¶ Item quicumque ascendit gradus sancti Petri deuote, huic conceduntur pro quolibet gradu. vij. anni indulgentiarum, dati ab Alexandro papa. ¶ Item medietas corporum sanctorum apostolorum Petri & Pauli requiescit in prædicta ecclesia sub maiori altari. Reliqua vero medietas iacet ad sanctum Paulum. ¶ Item in prædicta ecclesia requiescunt corpora sanctorum apostolorum Symonis & Iudæ. ¶ Item corpus sancte Petronellæ virginis, filie sancti Petri apostoli. ¶ Item caput sancti Andree apostoli: quod ostenditur in eius festo: & in illa die quando Romam portatum fuit: & adductum. ¶ Item caput sancti Lucæ Euangelistæ. ¶ Item caput sancti Sebastiani martyris. Caput sancti Iacobi. Corpora sanctorum Processi & Martiniani, & multa alia corpora: & multe reliquie sanctorum martyrum, & confessorum, ac virginum. ¶ Item Veronica, siue vultus sanctus domini nostri Iesu Christi requiescit in dicta ecclesia: qui monstratur in hebdomada sancta pluribus vicibus: & in die ascensionis domini: & dominica proxima ante, & post festum sancti Antonij abbatis. In cuius ostensione, Romani aduenientes, & in eius ostensione presentes, habent tria milia an



norum indulgentiarum. Et illi qui sunt circa Romam aduenientes & praesentes habent. vi. milia annorum. Ceteri vero: qui adueniunt per montes, valles & colles habent. xij. milia annorum indulgentiarum & remissionem tertiae partis omnium peccatorum. ¶ Item ibi existit vnum altare ad dextram partem chori decoratum porphiretico lapide in medio: super quo porphiretico lapide diuisa sunt ossa sanctorum apostolorum Petri & Pauli & ponderata per beatum Siluestrum sub anno domini. cccix. quando facta fuit ista ecclesia. ¶ Item ad sinistram partem chori est vnum tabernaculum in quo hodiernae seruatur illa sedes seu Cathedra: quae fuit facta beato Petro quando adhuc sedem episcopalem tenuit in Antiochia: & pulchre decorata. Et in festo (quod dicitur Cathedra Petri) ponitur foris ad chorum cum solennitate: vbi omnes homines pro sua deuotione eandem attingere possunt. ¶ Item circumstant columnae. xij. de marmore bene & polite factae & chorum attingentes: ex quibus vna cancello ferreo circumuoluta & ornata est: de cuius virtute infra scripta legas. ¶ Hec est illa ad quam dominus noster Iesus Christus appodatus quum populo praedicabat & deo patri preces in templo effundebat adherendo stabat. Quae vna cum alijs. xj. circumstantibus de Salomonis templo in triumphum huius basilicae locata fuit: demones expellit: & ab immundis spiritibus vexatos liberos reddit: & multa miracula quottidie facit. ¶ Item in transitu ad beatam Mariam de Febribus est sepultura sancti Chrysostomi: quae ante fuit ferro circumdata: nunc imagine marmorca est erecta.



## Indulgentiæ Ecclesiarum



**T**ertia ecclesia principalis est ad sanctum Paulum. in qua sunt omni die. xlvij. anni indulgentiarū & tot quadragenæ & remissio tertiæ partis omnium peccatorum. ¶ Item in festo conuersionis sancti Pauli sunt ibidem. c. anni indulgentiarum & tot quadragenæ. ¶ Item in festo sanctorū Innocentum: quorū corpora ibidem multa requiescunt: sunt ibi. xlvij. anni indulgentiarū & tot quadragenæ. ¶ Itē in dedicatōe eiusdem ecclesie. quæ est in octaua sancti Martini: sunt mille anni indulgentiarū & tot quadragenæ.



gētiarum/ & tot quadragenę & remissio tertię par-  
tis omnium peccatorum. ¶ Item si quis intrauerit  
omnibus diebus dominicis dictam ecclesiã: habet  
tantas indulgentias/ ac si visitaret sanctum Sepul-  
chrum domini in Iherusalem: aut si iret ad sanctum  
Iacobum in Gallicia. ¶ Item in eadem ecclesia est  
brachium sanctę Annę matris virginis Marię.

¶ Item vna cathena cum qua cathenatus fuit san-  
ctus Paulus. Et plures alię infinitę reliquię. ¶ Item  
sub altari maiori situata est medietas corporum san-  
ctorum apostolorum Petri & Pauli. ¶ Item corpus  
sancti Timothęi discipuli sancti Pauli/ requiescit in  
dicta ecclesia: & plures alię infinitę reliquię sancto-  
rum: quorum animę gaudent in coelis. ¶ Item in  
grotta requiescunt ossa beata sanctorũ Celsi/ Iulia-  
ni/ cum Basilissa. ¶ Item circa portam/ quę ducit  
ad sanctum Paulum ( Capena porta dicta) sepultu-  
ra Romuli & Remi existit. Est etiam ibi prope mōs  
omnis terrę. ¶ Item ad dextram partē chori eius-  
dem ecclesię/ est deuotissima imago sanctę crucis:  
quę allocuta est sanctam Brigidam propter eius se-  
dulas orationes coram eadem factas.



## Indulgentiæ Ecclesiarum



**Q**uarta eccles-  
sia principa-  
lis est ad sanctā Ma-  
riam maiore: in qua  
sunt omni die. xlvij.  
anni indulgentiarū  
& totidem quadra-  
genæ & remissio ter-  
tiæ partis omnium  
peccatorum. ¶ Itē  
in prædicta ecclesia  
sunt hæ reliquie: vi-  
delicet corpus san-  
cti Matthiæ aposto-  
li requiescit sub ma-  
iori altari ipsi<sup>9</sup> eccle-  
siæ. Caput eiusdem  
sancti Matthiæ apo-  
stoli requiescit in di-  
cta ecclesia. ¶ Item  
corpus sancti Ihero-  
nymi doctoris eccle-

siæ. ¶ Item corpora sanctarum Rumulæ & Redē-  
ptæ. ¶ Item pannicellus beatæ Mariæ virginis: in  
quo requieuit eius filius in præsepio. ¶ Item stola  
sancti Iheronimi. ¶ Item brachium sancti Mat-  
thæi apostoli & Euangelistæ. ¶ Item brachium san-  
cti Lucæ Euangelistæ. ¶ Item brachiū sancti Tho-  
mæ archiepiscopi Cantuariensis & martyris.



¶ Item caput & brachium sanctæ Vibianæ virginis & martyris. ¶ Item præsepe domini in præfata ecclesia reconditum est. Et multæ aliæ reliquiæ sanctorum & sanctarum ibidem requiescunt: quæ ostenduntur in die paschæ hora vesperarum vel circa: quorum animæ gaudent in cœlis. ¶ Item in vigilia ascensionis domini (qua celebratur festum translationis corporis beati Hieronymi quod ibidem requiescit: & ad altare ipsius) est remissio omnium peccatorum a Felicis recordationis Pio papa. ij. ¶ Item in omnibus festiuitatibus beatæ Mariæ virginis, sunt ibi mille anni indulgentiarum. ¶ Item in festo assumptionis beatæ Mariæ virginis vsq; ad eius natiuitatem, sunt ibi. xij. milia annorum indulgentiarum ultra dictas indulgentias quotidianas.

¶ Sequuntur versus de Assumptione gloriosissimæ virginis Mariæ.

Ad summum regina thronum defertur in altum,  
 Angelicis prælata choris, cui fertur & ipse  
 Filius occurrens, matrem super æthera ponit.

E ij



## Indulgentiæ Ecclesiarum



**Q**uinta ecclesia principa-  
lis est ad sanctum Laurē-  
tium extra muros i via Tyburti-  
na in agro Veiano : in qua sunt  
omni die. xlvij. anni indulgen-  
tiarum : & tot quadragenæ : & re-  
missio tertie partis oim pctōr.  
¶ Item ibidem est lapis sup quē  
positus fuit beatus Laurentius  
postq̄ assatus & mortuus fuit. ¶ Item in festiuita-  
tibus sanctorum Stephani prothomartyris : & Lau-  
rentij martyris : quorum corpora ibidē requiescūt :  
& per octauas eorundem : ac in stationibus eiusdē  
ecclesiæ sunt centum anni indulgentiarum / & tot  
quadragenæ : & remissio tertie partis omnium pec-  
catorum ab antiquo concessa. Sed foelicis recorda-  
tionis Calixtus tertius Pontifex maximus : concessit  
omnibus vtriusq̄ sexus Christifidelibus / distam  
ecclesiam deuote visitantibus in singulis festiuitati-  
bus & stationibus eiusdem ecclesiæ antedictæ / ple-  
nariam remissionem omnium peccatorum. ¶ Itē  
si quis intrauerit dictam ecclesiam per annum om-  
ni quarta feria / liberat animam a purgatorio.  
¶ Item si quis intrauerit per ianuam stantē in Au-  
strali parte ecclesiæ predictæ de vna cruce ad aliam  
plenarie confessus & contritus : habet remissionem  
omnium peccatorum. ¶ Item sunt in eadem eccle-  
sia q̄ plures aliæ reliquiæ.





**S**exta ecclesia principalis est ad sanctos Fabianum & Sebastianum: in qua sunt omni die xlvij. anni indulgentiarum, & tot quadragenæ, & cum hoc remissio tertie partis omnium peccatorum.

¶ Item in eadem ecclesia sunt omni die mille anni indulgentiarum, dati a Pelagio papa. ¶ Item in eadem ecclesia ad Cathecumbas, ibi prope sunt tantæ indulgentiæ, quantæ sunt in ecclesijs sanctorum apostolorum Petri & Pauli: quia ibi corpora eorum



## Indulgentiæ Ecclesiarum

iacuerunt abscondita longo tempore in quodam fonte existente in dicta ecclesia: supra quæ est quodam altare. ¶ Item Silvester, Gregorius, Honorius, Pelagius, Nicolaus & Ioannes summi pontifices concesserunt, & quilibet eorū concessit mille annos indulgentiarum, quocūq; tempore anni, deuote visitantibus dictam ecclesiam causa deuotionis, orationis, aut peregrinationis, absq; peccatis mortalibus. ¶ Item in dicta ecclesia iacet corpus beati Sebastiani. ¶ Item super altare, beati Sebastiani: ubi iacet corpus eius: celebrauit missam sanctus Gregorius papa pro anima vnus imperatoris, & apparuit ei angelus & dixit. Hic est locus sanctissimus: in quo est diuina & vera promissio: & omnium peccatorum remissio: splendor & lux perpetua, & sine fine læticia: quas Christi martyr Sebastianus pro meruit: virtute sacrificij liberatur anima. ¶ Itē ibi est lapis in quo Christus reliquit vestigia pedum suorum, quando obuiauit Petro persecutionem fugienti. Quem recognoscens Petrus, dixit ad eum. Domine quo vadis? Respondit Christus. Romam redeo iterum crucifigi. ¶ Item in dicta ecclesia requiescit corpus sancti Fabiani papæ & martyris. ¶ Item corpus beati Stephani papæ & martyris. ¶ Item corpus sanctæ Lucinæ virginis: quæ corpus sancti Sebastiani in dicto loco sepeliuit: & hanc ecclesiam ad ipsius sancti Sebastiani honorem construxit. Et. xvij. summi pōtīfices martyres: quorū quilibet dedit suam indulgentiam, in dicta ecclesia sancti Sebastiani requiescunt. Sunt & multe alie



Indulgentiæ in prædicta ecclesia: quæ numerari nõ  
possunt propter innumerabilia corpora sanctorũ  
ibidem requiescentium. ¶ Item in cimiterio sancti  
Calixti est plenaria remissio omnium peccatorum.

## Versus.

Visitet hic piæ menses sanctorum busta frequenter.

In Christo quorum gloria perpes erit.

¶ Hic est cimiterium beati Calixti papæ & marty-  
ris inclyti. Quicumq; illud contritus & confessus  
ingressus fuerit plenariam remissionem omnium  
peccatorum obtinebit: per merita gloriosa centum  
& septuaginta quattuor milium sanctorum marty-  
rum: quorum ibi corpora in pace sepulta sunt vna  
cum quadraginta sex summis pontificibus beatis:  
Qui omnes ex magna tribulatione venerunt: & vt  
heredes in domo domini fierent mortis supplicium  
pro Christi nomine pertulerunt. ¶ Item omni die  
dominica mensis Maij est in prædicta ecclesia sta-  
tio & indulgentia.



## Indulgentiæ Ecclesiarum



**S**eptima ecclesia principalis est ad sanctā crucem in Iherusalē: in qua sunt omni die, xlviij. anni indulgentiarū & tot quadragenæ, & remissio tertiæ ptis oīm pctōr. ¶ Itē in sumo altari requiescunt corpora sanctorū Anastasij & Cęsarij. ¶ Itē eandem ecclesiam q̄ vocatur ad sanctam crucem in Iherusalem edificavit Constantinus filius Constantini magni imperatoris in honorē sanctę crucis: ad preces sanctę Helenę: & sanctus Silvester papa cōsecrauit eam. Sunt omni die dñica, ccc. anni indule



gentiarū & tot quadragenæ & remissio tertie par-  
tis omnium peccatorum. ¶ Item hæ sunt reliquie  
eiusdē ecclesie. ¶ Primo duo cyphi. Vnus qui fuit  
plenus de sanguine Christi alter vero de lacte bea-  
tæ Mariæ virginis. ¶ Item spongia in qua Iudei  
porrexerunt Christo fel & acetū. ¶ Item de ligno  
sanctæ crucis. ¶ Item duæ spinæ de corona Chri-  
sti. Vnus clauus cū quo fuit affixus Xps in cruce.  
¶ Item de ligno crucis latronis pendentis ad dex-  
teram Christi: qui fuit cōuersus ad Christū. ¶ Itē  
titulus sanctæ crucis. ¶ Item in capella quæ voca-  
tur Iherusalē: quā mulieres nō intrant nisi semel in  
anno. s. in die dedicationis eiusdem: quæ celebra-  
tur in vigilia sancti Benedicti abbatis. s. xx. Martij.  
est remissio omnium peccatorum.

**A**D sanctam Mariā trās Tyberim. Hic locus  
vbi nūc illa venerabilis ecclesia est: olim ap-  
pellabatur Taberna meritoria regionis trans Tybe-  
rim: in qua Romani milites: qui ampli⁹ militare nō  
poterant: vitæ suæ subsidia percipiebant. Et appel-  
labatur meritoria: quia pro benemeritis eorum &  
sportularijs pecunia donabatur. In cuius atrio hi  
versus scripti erant.

Roma vetus veteres quum te rexere quirites:

Nec bonus immunis nec malus vllus erat.

Defunctis patribus successit praua iuuentus:

Quorum consilio præcipitata ruis.

¶ Ex hac taberna meritoria: videlicet vbi illæ duæ  
fenestrelle ferreæ cācellatæ apud chorū sunt positæ:  
tēpore (quo dñs noster Iesus Christus de virgine



## Indulgentiæ Ecclesiarum

Maria nasci dignatus est) fons olei de terra exun-  
clauit: ac per totum illum diem ac noctem largissi-  
mo riuo vsq; ad Tyberim defluxit: significans vn-  
ctiõnem Christi & baptismum/atq; doctrinam eius  
qua omnes gentes imbueret ad credendum per ba-  
ptismum. Quod miraculũ attendens Sanctissimus  
Præsul Calixtus natione Romanus: sicut erat iam  
ab antiquo tempore famatum: in eodem loco vn-  
de oleum fluxerat. Procedẽte quoq; tempore: quũ  
aliquãtulum cessaret persecutio: a Christi fidelibus  
eadem ecclesia credit nouis fabricis ampliata: quam  
Gregorius papa. iij. ob reuerentiam beatæ virginis  
Mariæ & beati Calixti martytis a fundamētis per-  
nitus dirutam nouis fabricis cum tecto construxit  
ac totam depinxit. Sunt sepulta ibi corpora sancto-  
rum: videlicet Calixti papæ, Innocentiũ papæ fun-  
datorũ ecclesiæ & Iulij papæ, sancti Quirini ep̃i.  
Est in octaua die Assumptiõis beatæ Mariæ in Au-  
gusto ibi statio & indulgentia.

Versus.

Iam puerũ iam summe pater post tẽpora natum  
Accipimus genitũ: tibi quẽ nos esse coæuum.

Credimus: ac olei scaturire liquamina Tybrim.

Hinc oleum fluxit: Christus cum virgine luxit:

Hic & donatur venia quocũq; rogatur.

**A**D sanctum Grisogonum in præfata regiõe  
trãs Tyberim. In ista ecclesia sancti Grisogo-  
ni hæ sunt reliquię. Brachiũ sancti Iacobi: Scapula  
sancti Andreę apli: & caput dicti sancti Grisogoni.  
Sunt ibi indulgentiæ. Hic est sedes & titulus Cardi-  
nalis. Statio. xxxiij. quadragesimę.



**A**D sanctam Ceciliam virginem. Ista ecclesia prænominatæ virginis, est etiam in regione trās Tyberim situata: vbi requiescit corp<sup>9</sup> sanctæ Cecilie: etiam corpora sanctorū Tyburtij, Valeriani, Lucij papæ primi, & Maximiani, sub altari i choro requiescūt. ¶ Sunt in eadem ecclesia plures aliæ reliquie. ¶ Fuerunt in dicta ecclesia olim ædes sanctæ Cecilie & habitacula: quas sanctus Pascalis papa consecrauit ad honorem omnipotentis dei, eiusq; genitricis gloriosæ, sanctorū apostolorū Petri & Pauli, beatæ Agathæ & Cecilie. Anno incarnationis dñicæ. ccc. Indictione. xv. ecclesiam edificauit: sicut plenius in episcopali libro continetur.

**A**D sanctum Bartholomæum in Insula. In ista ecclesia est corpus sancti Bartholomei supra altare maius in tabernaculo. ¶ Est etiam ibi corp<sup>9</sup> sancti Paulini, sancti Alberti, sancti Marcelli & sancti Superantij. ¶ Sunt ibi pulres reliquie, quæ cū supradictis in die sancti Bartholomei apostoli & in dominica palmarū ostenduntur. ¶ Est vnus fons ante altare maius in choro: in quo inuenta sunt corpora sanctorū. s. sancti Paulini & Superantij. apud illam sunt. cc. anni indulgentiarum.

**A**D sanctū Ioannē in Insula ex opposito ecclesie sancti Bartholomei. Hic est vnū claustrū mulierū: ibi est vna capella beatæ Mariæ virginis versus aquas Tyberis: q̄ apud molendinas appellatur. ¶ Dicit<sup>r</sup> q̄ quodā tēpore Tyberis creuit ultra lāpades ardētes ante imaginē: & nō fuerūt extinctæ. nec videbatur illata aliqua læsio imagini p̄ aquam.



## Indulgentiæ Ecclesiarum

**A**D sanctum Nicolaū in carcere Tulliano in regione ripæ: sūt istę reliquię. Vna costa sancti Matthei apostoli & Euangelistę. Manus sancti Nicolai. Brachium sancti Alexij. Est ibi in quadragesima stario.

**A**D sanctam Mariā in porticu in regione ripę: hic est vnus lapis preciosus, zaphirus: in quo imago dei & beatę Marię virginis miraculose est imp̄ssa. ¶ Tēporibus Ioānis papę primī: & Iustini proprii filij Iustiniani Augusti: & Theodorici regis Gothorū heretici Italiam opprimētis: fuit in vrbe matrona potentissima Syniaci cōsulis & patricij filia, nomine Galla: inter Romanos diuitijs & generositate præcipua. Patriciatuq; dignitate sublimis cognominata Patricia: moribus & vita beata. Sic enim tēporalibus vsa est bonis: vt in lege dñi nō deficeret: & a diuinis nullatenus declinaret. Et quia Christo sedula seruire curauit: suisq; in se creatoris similitudinē & imaginem prudenti circūspeditione integram, illibatāq; seruauit: Christi & beatę Marię imaginem per manus sanctorū angelorum in palatio suo suscipere meruit. Quadam enim die dū familia circūsedente præderet: supra propinatoriū prædicta imago omnipotentis dei: ac benedictę Marię matris filij nimio fulgore apparuit. Cuius imensa luce propinator verberatus, ad dominā rediit: & quod acciderat, territus nūciauit. Mox Galla surgens a mensa, venit ad dictum locū: lucē quidem vidit: sed imaginem decorā videre nō potuit. Habito igitur cōsilio: & multorū procerū comita



ta concursu: ad Lateranense palatium festinauit: & pontifici apparitionē lucis religiosa grauitate narrauit: p̄is lachrymis postulans & magnis precib⁹: vt ad ancillam dñi ipse dñs dignaretur venire: deo dante & reuelante rem nouam plenius cogitatur⁹. Cuius sanctis precibus venerabilis pōtifex acquiescens cum cardinalibus episcopis & maioribus ciuitatis ad Gallæ palatium venit: & ad dictū locum accedens: extensis brachijs: ac oculis eleuatis in cœlum: deuotissime intra lucem orauit. Cunctq; adhuc venerabilis pater papa orationi insisteret: inter brachia sacratissimā suscepit imaginem: & eam adorādam circūstanti multitudinī cum lachrymis timoris & gaudijs demonstrauit. Et quomodo beat⁹ Gregorius. viij. consecrauit istam ecclesiā quę antea fuit palatium prenominatæ Gallæ patriciæ: & de vita eius legitur in certis alijs legendis.

**A**D sanctum Georgium. In ista ecclesia sunt istæ reliquiæ. De lacte beatæ Mariæ virginis & de vestimentis eius. Vexillum lancea & caput sancti Georgij quod caput sancti Georgij est repertum in vna capsula litteris aureis demonstrantibus illud esse per sanctissimum præfulem Zachariam papam primum ibidem locatum. Et deduci fecit regionem ad velū aureū in venerabilem istam Diaconiā cū magna solēnitate: vbi in honore suo consecrata est prenominata ecclesia. Et plures aliæ reliquiæ. Statio & titulus cardinalis.

¶ Claudius Tyberius describēs pugnatores ciues Romanos: iuenit sexies decies cētena milia. vcccc.



## Indulgentiæ Ecclesiarum

& .cccc. milia. Quod adhuc reperitur scriptum ante dictam ecclesiam subtus Portugale.

**A**D sanctam Anastasiam. Ecclesia ista est verus palatiū maius cōstructa: ex opposito ecclesie sancti Georgij. Sunt ibi plures reliquie. Statio in quadragesima: & titulus cardinalis.

**A**D sanctam Mariā q̄ vocatur Schola Græca infra montē Auentinū. Ante p̄nominatā ecclesiā positus est vnus lapis rotundus ad dispositionē faciē & vultus: qui dicebat̄ Bucca veritatis. Ad quē homines se expurgauerūt. Virtutē suā per vnā mulierē pdidit. Fuit etiā Schola sancti Augustini.

**A**D sanctā Sabinā. Ista venerabilis ecclesia vocatur ad sanctā Sabinā de vrbe in mōte Auentino: quā miro opere struxit p̄sbyter vrbis Paulus Illyricus sub papa Cœlestino: sicut patet in literis aureis scriptis in parte posteriori ecclesie sup̄ portā Cupressinam. In isto loco fuit sedes apostolica: sicut demonstrat structura palatij: in quo residēs papa Honorius tertius cū curia sua anno dñi. M. ccxvj. ordinis p̄dicatorū: quē sanctus Dominicus a p̄decessore suo papa Innocentio in concilio Lateranenē. impetrauerat: autoritate apostolica confirmauit. Et hanc ecclesiā beato Dominico ob specialem familiaritatē & magnę deuotionis affectū: quē erga eū habuit: inhabitādā cū fratribus suis cōcessit. Cuius etiā ob p̄petuā rei memoriā, calix papalis cū patena & corporali & altari & capellæ aplice de alabastro i loco isto reseruant̄. ¶ Hic sep̄ta sūt corpora sanctorū: videlicet sanctę Sabine: sancti Theo



dori: sancti Alexandri pape. ¶ Nota Auentinum primam regionem urbis fuisse. Hic est vnus lapis niger suspensus: de quo isti versus habentur.

Credidit orantem iactato tundere saxo:

Hic sanctum Dominicū hostis versatur ad ipsum:

Marmoris illesi confracto monstrat in eum:

Hisc̄ fidem præbet suspensus & iste molaris.

¶ Sūt q̄ plures aliæ reliquæ notabiles & scriptæ: & est ibi statio in die Cinerum.

**A**D sanctū Alexiū in eodē mōte Auētino: est ecclesia, quæ antea fuit domus patris sancti Alexij. Hic est locus & gradus vbi prædict⁹ sanct⁹ Alexi⁹ patri incognit⁹, annis. xvij. pœnitentiā egit: vsq̄ ad annū incarnationis dñicæ. cceviij. suū tradidit deo spiritū. ¶ In isto loco sunt omni die. c. anni indulgentiarū, & totidē quadragenæ. ¶ De vita & morte ipsi⁹ legitur pleni⁹ in sua legēda. ¶ Hic ostēditur in vno tabernaclo vna imago beatæ Mariæ virginis. circa quā ponūtur ista scripta. s. Hæc est illa imago digna beatæ Mariæ semp virginis quondā existens in ecclesia eiusdem beatæ Mariæ virginis in ciuitate Edessa: vbi beat⁹ Alexi⁹ peregrinus degebat: & corā qua semp volebat orare, nec p̄mittebatur. Vnde ipsa beatissima imago bis miraculose locuta, dixit custodi ecclesię. Fac introire hominē dei: id est Alexiū: qui sedet foras in ostio: quia dignus est regno cœlorum. ¶ Sub altari maiori in choro sunt corpora sanctorū Bonifacij martyris: & Alexij cōfessoris: vt Bulla Honorij papæ. iij. partēs demōstrat. Necnō Hermetis martyris & aliorū



## Indulgentiæ Ecclesiarum

sanctorum reliquiæ quorum meritis & intercessionibus ab omnibus malis & a morbo epydimiæ liberemur.

**A**D sanctam Priscam ex opposito ecclesiæ sanctæ Sabinae in monte Auentino.

Vbi ab Euandro sacra est Herculis ara:

Vrbis Romanæ prima superstitione post:

Vbi structura tot veterum templa punienda deum:

Montis Auentini nunc facta est gloria maior:

Vnius veri religionis dei.

Præcipue tamen ob Priscæ venerabile templum:

Quod priscum merito par sibi nomen habet.

Nam petrus hoc coluit, populos dum sæpe doceret.

Dum faceret magno sacraque sæpe deo.

Dum quos facinorum fontis deceperat error:

Hic melius sacra purificaret aqua.

Quod demum multis sese volentibus annis

Corruit: haud vlla subueniente manu.

Summus & antistes Calixtus tertius ipsum

Extulit, omne eius restituitque decus.

Cui simul æternæ tribuit dona amplæ salutis:

Ipsius ne qua parte careret ope.

**A**D sanctum Sabbam. Hic est vna fontana condu-  
cta in ecclesiã: cuius aquã homines gustare  
possunt: & bibentes curantur a fluxu sanguinis: vt quæ  
sepissime claruit miraculis. Est enim in ista fontana  
sancta de scapulario sancti Sabbæ abbatis & con-  
fessoris. Estque ibi vna abbatia ordinis sancti Bene-  
dicti. ¶ Item recondita sunt in ista ecclesia corpo-  
ra Titii & Vespasiani imperatorum: quæ videri possunt  
quotidie. Ad quorum sepulchrum scribuntur isti



versus sequentes.

Conditur hoc tumulo Titus cum Vespasiano:

Patre foelice, sed eminent prospera Titi:

Iherusalem premens: dominicq; emulos fremens:

Aper de silua/ferus/singularis in hostes:

Expurgat vineam sabaoth/sternendo laborem:

Reddit & congruam vindictam populo nequam.

**A**D sanctum Anastasiū ibi ad tres fontes. In ista ecclesia & monasterio habetur scripta in choro vna bulla quæ sic incipit: vt sequitur.

Anno. M. ccj. Quarto Nonas: quo Christ<sup>9</sup> venit: mundū redemit actu diuino/Kal. Aprilis. Honori<sup>9</sup> foelix monos dia. sacer/hāc aulā cōsecrauit/Papaq; dicauit diuinis. Ac ter septē cardinales collaterales iterfuerūt ad martyris dei honorē/& tūc astiterūt &c. Et hic est colūna super quā beatus Paulus apostolus decollat<sup>9</sup> est. ¶ In capella ad tres fontes/est locus martyrij sancti Pauli apostoli.

**A**D sanctam Mariā scala coeli. Hęc est secūda capella fundata: in toto mūdo ad honorem gloriosissimæ virginis Mariæ. Et vocatur scala coeli: quia beatus Bernardus dum celebraret in ista capella/meruit videre scalam in cœlum vsq; erectam: ac angelos animas in cœlos per eandē ducētes. In qua capella/quicūq; celebrant: aut celebrari faciūt pro aiabus existentibus in purgatorio: meritis eiusdem gloriosæ virginis Mariæ/dictæ animæ cito liberātur. Et quicquid ibi deuote petitur: sine dubio impetratur. Et sunt ibi plures indulgentiæ: vt patet in tabula indulgentiarū. ¶ Item sunt recondita ibi

**G**



## Indulgentiæ Ecclesiarum

ossa decem milium martyrum.

**A**D sanctam Mariam Annunciata. ¶ Itē Anno dñi. M. cc. pōtificat⁹ dñi Honorij papæ iij. Anno. v. Indictione. viij. mensis Augusti die. ix. dedicata est hæc ecclesia in honorē beatę Marię virginis & omniū sanctorū: per manus venerabiliū Auagnini & Ioannis Sanguini episcoporum assistentibus Ioanne villæ magnę Ioāne sanctę Marię de Rosille. Sūt etiā ibi in altari certę & scriptę reliquię per manus supradictorū recōditę: quarū nomina ponūtur in vna tabula apud altare. ¶ Item sciendū q̄ vbi illa crux in medio itineris dicte ecclesię & sancti Sebastiani est posita: sunt captiuata ista. x. milia martyrum & militum.

**D**omine quo vadis. In isto loco (quādo angelus dñi beatū Petrū eripuit de manu Neronis saluator ei obuians cui Petrus ait. Domine quo vadis: & respondens. Vado Romam iterū crucifigi) sunt multę reliquię.

**A**D sanctum Ioannē ante portā Latinā. Ista ecclesia est constructa apud istam portam: quę dicitur porta Latina. Ibi adhuc est locus vbi missus est sanctus Ioannes in oleum feruentissimum. Sunt ibidem multę indulgentię. Estq; statio in quadragesima in dicta ecclesia.

**A**D sanctū Sixtū ante portā Appiam: est claustrū mulierū: i strata vbi itur ad sanctū Sebastianū. Statio i quadragesima: & titulus est cardinalis.

**A**D sanctā Balbinā. Ista ecclesia dicitur etiā ad sanctū Saluatorē: cuius imago in choro



supra summū altare ostēditur: vbi sepulta sunt. iiii. corpora sanctorum videlicet sanctę Sabine sancti Quirini: & illarū duarū virginū: quibꝰ p̄nomina- ta imago apparuit. Est etiā ibi statio in quadagesi- ma & titulus cardinalis. Sanctus Gregoriꝰ cōsecra- uit ecclesiā istā: & cōcessit. vii. annos indulgētiarū.

**A**D sanctū Grisogonū est vna abbatia. Gre- gorius ep̄s seruus seruorū dei & c. sicut cō- tinetur in priuilegio. Qui anno secūdo sui p̄sulatꝰ & c. collecta cardinaliū ep̄iscoporū & cæte- rorū Romanā. ecclesię multitudine: ecclesiam istā: quā ad honorē sancti Andree in Dioscauri cōstru- xerat: in qua rudimēta & sanctitatis susceperat in- cremēta: eoꝝ detulit: prout eiꝰ anima desiderabat: cōsecrauit. Quā ecclesiam etiā plenarie dotauit: & priuilegijs apostolicis p̄muniuit. Consecratione vero perfecta: flexis ad terrā genibus: se deo humi- li supplicatione prosternēs: preces fudit ad dñm: di- cens. Dñe Iesu Christe: fili dei viui: qui dixisti apo- stolis: & per apostolos vniuersis fidelibus Christia- nis. Quodcūqꝰ petieritis patrē in nomine meo: da- bit vobis. Peto ab omnipotentia maiestatis tuę: quatinus quicūqꝰ deinceps in huiꝰ ecclesię circui- tu elegerit sepulturā (dūmodo fidē Christianā te- neat) in perpetuū damnationis eternę incendijs nō sit mancipādus: sed ad eternę vitę gaudia sub- limandus. Oratione vero cōpleta: apparuit ei ange- lus dñi: dicēs. Gregori: exaudita est oratio tua. Hic est brachium sancti Gregorij papę primi. Est etiam & crus sancti Panthaleonis.



## Indulgentiæ Ecclesiarum

**A**D sanctos I oannem & Paulū in Coelio mō  
te. Hic requiescunt corpora sanctorum Ioā  
nis & Pauli. Circa ista loca sancta ponitur vna bul  
la sculpta: quæ dicit de reconditione istorum san  
ctorum prænominatorum.

Presbyter ecclesiæ Romanæ rite Ioannes

Hic animi voto dona vouendo dedit

Martyribus Christi Paulo pariterq; Ioanni

Passio: quo sedem contulit esse pares.

Statio & titulus Cardinalis.

**A**D sanctū Stephanū in Coelio monte est ec  
clesia structuræ rotundæ. Ecclesiā hanc p̄tho  
martyris Stephani diu antea collapsam Nicola<sup>9</sup>. v.  
pōtifex maxim<sup>9</sup> ex integro restaurauit. Ibi sūt fra  
tres ordinis sancti Pauli primi heremitę. De cui<sup>9</sup> vi  
ta & obitu hæc infra scripta metra poteris legere.

Obitus & vitæ primi tempus heremitæ

Vt breuiter dicam hæc inspicere metra solerte:

Anno centesimo & septuagesimo primo

Post incarnatum Christū de virgine natum:

Thebaide genitus Paulus heremita primus

Hic sextūdecimum quū peruenisset ad annum

Mundum reliquit: heremi secreta petiuit:

Cui ter denis cum septem insuper annis

Palma dedit victū corporis pariter & amictum:

Cœlitus huic manna pastus annis sexaginta:

Domino mittente quottidie coruoq; ferente:

Post hoc ducētis octuaginta sex quoq; annis

Patris æterni filij de virgine nati

Anno centesimo decimoq; vitæ suæ terno



Paulus de mundo choris septem letabundo  
Ciuum sanctorum abiit ad regna coelorum.

¶ Anno vero dñi. M. ccl. trāslatus de Cōstantino-  
poli in Venetias. Anno quidē. ccclxxxj. trāslatus de  
Venetijs in Vngariā. Statio & titulus Cardinalis.

**A**D sanctam Mariā in nauicula in eodē Cœ-  
lio mōte: ponitur vna natis lapidea in signū  
miraculi ante introitum ecclesie. Statio in quadra-  
gesima & titulus Cardinalis.

**A**D sanctā Mariam Imperatricē. Hic est ima-  
go beatissimæ virginis Mariæ: quæ etiā allo-  
cuta est beatū Gregorium papam dicēdo. Quare  
amplius me non salutas: quū semper pretereundo  
imaginē meam salutaueras: sanctus Gregorius ge-  
niculando orauit: & petiuit veniā corā prenomina-  
ta imagine. Et concessit post hoc omnibus genicu-  
lando orantibus tria Pater noster & tot Ave ma-  
ria bona intentione & proposito bono toties quo-  
ties id fecerint. xv. annos indulgentiarum.

**A**D sanctū Petrum & Marcellinū. Anno a na-  
tiuitate dñi. M. cclxvj. Indictiōe. xij. Die. x.  
mensis Aprilis. Alexander papa cōsecrauit hanc ec-  
clesiam sanctorū Petri & Marcellini: & vtrūq; alta-  
re. Et reposuit in maiori altari de reliquijs præno-  
minatorū & plurimorū sanctorū: quorū nomina  
bene legi possunt in sculptura apud ostiū ecclesie.  
Concessit ipsi ecclesie a die cōsecrationis prædictę  
vsq; ad octauā singulis diebus indulgentiā triū an-  
norum: & triū quadragenarū. Et deinde transtulit  
dictam indulgentiā de dicta die in feriam secundā



## Indulgentiæ Ecclesiarum

post dominicā secundam quadragesimæ. Qua die addidit indulgentiā vnius anni: & .xl. dierum. Titulus cardinalis: & statio in quadragesima.

**A**D quattuor Coronatos. Beatus Leo. iij. papa sub maiori altari recondēs/collocauit corpora sanctorū martyrum Claudij/Nicostini/Symphronij: & plurimorū sanctorū: quorum nomina sculpta sunt circa prenominatū altare/ & etiam corpora aliorū sanctorum: quorū nomina deo sunt cognita. ¶ Itē anno incarnationis dñi nostri Iesu Christi. M. cxj. Indictione. iij. v. idus Maij/Pascalis papa Anno. ij. sui pontificatus iussit cauari sub altari: quod prius combustū & confractū fuerat: & inuenit duas Conchas: vnā porphyreticā: et aliā ex cōpromisso. In quibus erāt sacra corpora supradictorum sanctorū. In tertia vero die iussit vndiq; murari Conchas & desuper altare reedificari: ad memoriam & honorem dictorū sanctorū: & laudē dñi nostri Iesu Christi. Statio & titulus cardinalis.

**A**D sanctū Clementē est claustrū fratrum ordinis sancti Ambrosij. Sub altari maiori requiescit corpus sancti Clementis papæ & martyris: qđ translatum fuit de ciuitate Cersona trans pontum maris in hanc urbem/ per Christianissimū & clemētissimum Iustinianum imperatorem. Et hic multorū aliorum sanctorum sunt reliquie: & concessę multe indulgentiæ per summos pōtificates: maxime per sanctissimum Gelasium papam: qui quotidie illuc venientibus. xl. annorū/ & totidē quadragenarum veniā suorū indulsit peccaminū; de gratia speciali:



& in. xl. duplicantur. ¶ Itē foelicis recordatiōis Ale  
xander papa. iij. ad honorē sancti Ignatiū martyris:  
cui⁹ corp⁹ in p̄nominato altari requiescit/ per suū  
priuilegium concessit & largitus est tertiā partem  
omniū peccatorū. Statio & titulus cardinalis.

¶ Itē habetur in serie Romanorū pōtificū. q̄ Ioā  
nes Anglicus post Leonē sedit annis. ij. mēibus. v.  
diebus. iij. Vacauit sedes mēse vno: vt asseritur fœ  
mina fuit. & iuuenili habitu ab amante suo Athe  
nis ducta: in diuersis scientijs tantū profecit: vt Ro  
mē tandem legeret ad triennium: & magnos magi  
stros haberet discipulos: nec sibi quisq̄ similis ibi  
dem inueniebatur. Magnē itaq̄ scientiē & opinio  
nis existens: in papam cōcorditer eligitur: sed in pa  
patu per familiarē impregnatur. Verum tēpus par  
tus ignorans: de sancto Petro in Lateranum ten  
dens: angustiata peperit inter Colliseum & sanctum  
Clémentem: & ibidem (vt dicitur) moritur. Hanc  
viam quādo papa obliquat: dicitur a plæriscq̄ q̄ p̄  
pter detestationē facti hoc fiat. Nec ponit in catha  
logo pontificum propter muliebrem sexum / quan  
tum ad hanc difformitatem.

**A**D sanctā Mariā nouā. Ista ecclesia est conti  
gua templo: quod dicitur æternitatis. In na  
tuitate domini nostri Ihesu Christi multa miracu  
la apparuerunt in eo. Nam templum pacis Romæ  
constructum: vt dicit Innocētius. iij. propter pacē:  
quæ. xij. annis Romę fuit. Apollo Romæ consule  
tus respondit nō casurū donec virgo pareret: fun  
ditus ea nocte corruit. ¶ Item in dicta ecclesia est



## Indulgentiæ Ecclesiarum

vna imago beatæ Mariæ virginis in vno tabernaculo: quâ beatus Lucas discipulus Christi depixit in Troade Græciæ: quâ Angelus de Franga Panis secū Romam detulit in dictâ ecclesiâ: quæ tempore Honorij. iij. tota per incendia cōsumpta & dispositioni isti⁹ imaginis nulla læsio facta fuit. ¶ Sūt in prænominata ecclesia reliquię videlicet: de fragmētis, quando dñs noster Iesus Christus cibauit quinq; milia hominū de. v. panibus ordeaceis. ¶ Sunt ibi infra altare in choro sepulta corpora sanctorū scilicet sancti Nemasi tribuni, patris sancti Iustini: sancti Simphoriani: sancti Olimpij: sancti Exemperij: sanctæ Lucillæ: & multæ reliquiæ adductæ de cimiterio sancti Calixti. ¶ Est ibi sepulta quædā domina Romana nobilis, nomine Francisca: deo deuota: cuius sepultura est cācellata ferro: & deaurata: q̄ vsq; huc nō est canonizata: & nomen eius in libro vitæ scriptum est. Titulus Cardinalis.

**A**D sanctos Cosmam & Damianū. In ista ecclesia ponūtur infra scripta metra (musica arte) superius in pariete.

Aula dei claris radiat speciosa metallis:

In qua plus fidei lux preciosa micat.

Martyribus medicis populo spes certa salutis

Venit: & ex sacro creuit honore locus.

Obtulit hæc domino foelix antistes dignum

Munus: & ætherea viuit in arce poli.

¶ Quicūq; visitauerit istā venerabilem sanctorum martyrum Cosmæ & Damiani ecclesiam, habet omni die mille annos de indulgentia, datos a beato



Gregorio papa primo. Et ipse beatus Gregori<sup>9</sup> cōsecrauit altare maius istius ecclesiæ: & posuit sub illo altari corpora sanctorū martyrorū Cosmæ & Damiani & plurimorū sanctorū corpora: quorum nomina habentur in vna tabula circa dictum altare.

**A**D sanctam Mariā Libera nos a pœnis inferni. Sanctus Silvester Romanus pontifex: a quo Constantinus imperator a lepra liberatus & baptizatus est: consecrauit hunc locum. Quæ capella beatę Marię virginis, vocatur Libera nos a pœnis inferni. Et dictus sanctus Silvester concessit omnib<sup>9</sup> & singulis vere pœnitentibus & confessis, ad dictum locum venientibus: ac elemosynam pie largientibus. xj. milia annorum de indulgentia.

**A**D sanctam Mariā de consolatione, est imago beatę Marię, quę multa facit miracula: & est in eadē ecclesia plenaria remissio omniū peccatorum in die dominica secunda mensis Iunii, a primis vesperis vsq; ad secundas vespervas a papa Sixto. iij. concessas.

**A**D sanctā Mariā de gratia: hic est vnū hospitale, vbi quottidie fiūt elemosynæ pro infirmis & egrotantibus p̄ societate Romanorū.

**A**D carceres beati Petri apostoli retro Capitolium. In hac venerabili ecclesia est cōcessa a Romanis pōtificibus vere pœnitentibus & confessis visitantibus dictā ecclesiam, ac largietibus suas elemosynas quottidie, tertię partis omniū peccatorū remissio: & .cc. annorū de indulgentia. Necnō voluerūt dicti summi pōtiffices dictā indulgentiā in die



## Indulgentiæ Ecclesiarum

bus festiuis duplicari. ¶ Itē in dicta ecclesia est fons qui miraculose apparuit quādo beati apostoli Petrus & Paulus stabāt in dicto loco :in carcerati. De cuius fontis aqua baptizati sunt per manus dictorum apostolorū sanctus Processus & Martinianus: qui custodiebāt in carcere dictos aplos. Corpora vero dictorū martyrum sunt in dicta ecclesia sepulta.

**A**D sanctū Adrianū retro Capitoliū & ppe. Anno dñi. M. ccxvii. Pontificatus dñi Gregorij papæ anno. j. Indictione. j. mensis Ianuarij die. xviiij. inuenta sunt corpora sanctorū Marij & Marthæ & reliquiæ sancti Adriani sub maiori altari: & corpora sanctorū triū puerorū in Absidie supra columnā recōdita p magistrū Pelagiū episcopū Albanen. & dñm Stephanū eiusdē ecclesiæ diaconū cardinale: cū clericis ipsius ecclesiæ videlicet Bartholomeo presbytero: & Paulo diacono Roman. ¶ Nomina plurimorū episcoporum /suddiaconorū /clericorū & reliquiarū: patēt in vna sculptura in choro predictæ ecclesiæ. ¶ Itē ad supplicationē dicti dñi Stephani cardinalis diaconi /Pauli & Oliuerij: dñs Gregorius papa. xj. hanc ecclesiam edificauit. Actum anno /die /mense & indictione vt̄s.

**A**D sanctū Marcū in regione Pineę /sūt multe venerabiles reliquiæ: quæ festiuis diebus ponuntur super altare in vna capsula: quarū nomina patēt in vna cedula circa ipsam capsulā: vt vnusquisq; deuotus legere possit. Quam ecclesiam Paulus papa. ij. a fundamento renouauit: maximisq; indulgentijs eam dotauit: videlicet omnes & singuli



qui eandem ecclesiam in octaua sanctissimi corporis dñi nostri Iesu Christi: & in Epyphania domini a primis vesperis vsq; ad secundas vespervas inclusiue. Etiam qui a feria secunda ebdomadae sanctae nūcupatae proxime secutura vsq; ad feriam tertiam resurrectionis dñicæ immediate sequen. tribus continuis aut interpellatis diebus saltē semel in die: personaliter & deuote visitauerit annuatim. Et pro spiritualibus & temporalibus ipsius ecclesiae ornamento huiusmodi manus porrexerint adiutrices: omnium suorum peccatorum plenariam remissionem & indulgentiam consequentur.

**A**D sanctos apostolos in regione Columnae. Hæc est venerabilis ecclesia in honorem. xij. apostolorū primo a Constantino fundata: & postmodum ab hereticis fuit destructa. Pelagius et Ioānes summi pontifices eam in gradum pristinum restaurantes multorū sanctorū corporibus ac indulgentiis exornarunt. Corporibus apostolorū Philippi et Iacobi iunioris in maiori altari reconditis. In dextra parte Eugeniae virginis & aliorum martyrorū corpora. In sinistra vero corpus Sabini martyris. Colophium beati Thomae apostoli. Altaria sacra seruant pedem Philippi. Brachium sancti Iacobi Zebedei. Costam Laurentij. Spatulam et brachium sancti Blasij beatorum apostolorum martyrum supraposita fenestra reponit semper. In sexta feria quattuor temporum et. v. feria: dominica in albis: ac dñica qua canit Canite tuba. Statio est in ea primo Kalendas. Maij. Et in solennitatibus supra



## Indulgentiæ Ecclesiarum

dictorum sanctorum remissionibus a pontificibus Romanis concessis satis dinoscitur premunita.  
Statio in quadragesima & titulus Cardinalis.

**A**D sanctam Mariam inuolatam in regione Tregi. In ista ecclesia est oratorium in quo beatus Lucas depinxit quattuor imagines virginis Marię Vnam ad sui deuotionem in eo statu quo beatus Lucas habuit noticiam ipsius virginis benedictę: ideo cum annulo in digito depinxit: que manet usque in hodiernum diem in dicto oratorio. Et quia multa miracula beata virgo Maria in dicta imagine operabatur: Christiani ad eam confluentes ad dictam ecclesiam veniebant: & refecti gratia lecti ad propria reuertebantur. Vocabatur autem oratorium sancti Pauli & Lucę.

**A**D sanctum Marcellum in regione Tregi. In ista ecclesia est monasterium seruorum beate virginis. Est in ista ecclesia vna sepultura porphyretica: in qua recodita sunt corpora sanctarum virginum & martyrum Dignę & Meritę: & brachium sancti Matthei apostoli. Quę omnia tempore sanctissimi dñi nostri papę Calixti. iij. a populo Romano visa sunt. Hic est sepulta sancta Felicitas cum septem filiis. Statio & titulus cardinalis.

**A**D sanctum Siluestrum in regione Colunę: requiescunt corpora sanctorum & sanctarum: quorum noticia nataliciorum patet in vna scriptura longa. Ostenditur in ista ecclesia caput sancti Ioannis Baptistę. Reliquię sancti Lauręti. Vna pecia de capite sancti Francisci. Et plures alię in die sancti Ioannis Baptistę & sancti Siluestri ostenduntur: quae



rum nomina in ostensione reuelantur.

**A**D sanctum Laurentiū in Lucina in regione Campi Martis. Anno incarnationis dñicæ M.cxcvj. Pontificatus dñi Coelestini papæ tertij. Anno eius sexto. Indictione. xiiij. Mensis Maij: dedicata fuit hæc ecclesia per manus eiusdē dñi Coelestini: cū quo interfuerūt archiepiscopi Eboracēn. ac Gerentineñ. Sipontinus. Episcopus Albanēsis. Octavianus Ostiēn. Petrus Portueñ. Ioannes Viterbiēn. Nicolaus Simphonien. &c. & tota curia cardinaliū præsidente huic ecclesiæ Cinthio cardinale. Facta autem est hæc dedicatio ad honorē dei & beati martyris Laurentij: cū deuotione totius populi Romani & adiacentiū populo cū tanta solēnitate & gloria: quanta haftenus nec recognita, nec visa fuit. Hæ sunt reliquiæ quæ sunt reconditæ sub maiori altari. Duæ ampullæ cū adipe & sanguine sancti Laurentij: & vas plenū de cremata carne sancti Laurentij. Gausape quo angelus terfit corpus eius. Craticula super qua affatus fuit sanctus Laurentius. Et corpora beatorū martyrum Alexandri papæ. Euentij. Theodoli. Seuerinæ. Pōtiani. Eusebij. Vincentij. Peregrini. Gordiani: & nomina plurimorū sanctorum & reliquiarum patent in dextra parte chori litteris sculptis.

**A**D sanctum Triphonē: est ecclesia cōtigua ecclesiæ sancti Augustini. Estq; ibi statio in quadragesima & indulgentia.

**A**D sanctum Augustinum in regione Campi Martis: est vna ecclesia noua nunc a funda



## Indulgentiæ Ecclesiarum

mentis pulchre erecta & constructa. Hic est sepultura sanctæ Monicæ. Estq; caput sanctæ Monicæ & caput sctæ Ruffinæ. Hic est principalior imago inter omnes imagines: quas depinxit sanctus Lucas: quam semper quocunq; ierat, secum portauit. Et est reperta in sepultura sancti Lucæ circa caput eius. Et vocatur sancta Maria virgo virginum: & mater omnium. Etiam per totam urbem Romanâ claruit miraculis tempore Innocenti papæ .viij. Anno domini. M. cccclxxxv.

**A**D sanctū Apollinarem requiescūt corpora sanctorū martyrum Eustratii, Nardarii, Eugeni, Orestii: & Auētiij sub maiori altari. Statio in quadragesima & sedes cardinalis.

**A**D sanctam Mariam de populo ad portā Flaminiam: quæ hac de causa hoc nomine appellatur, scilicet de populo. Nam tempore Pascalii papæ ubi nunc altare maius est, erat quædā arbor Nucis, alias arbores in altitudine præcellēs: in qua demones latitabāt, Neronis corpus custodientes. Qui omnes transeuntes per prænominatam portam Flaminiam trucidabant: & penitus suffocabāt. Audiens autem hoc sanctissimus papa Pascalius prædictus: omni populo indixit ieiunium. Etenim cum Clero in oratione persistens: deuote supplicando: vt deus & beata virgo Maria dignarentur populum Romanum a tam inhumanissima & terribili peste liberare: ac cui placeret quid faciendum, misericorditer relaxaret. Cui tertia nocte apparuit beata virgo Maria bis alloquens eū & dixit. Pascalii, surge &



egredere ad locū: qui Flaminea porta dicitur: iuxta  
quam arborem nucis reperies alias arbores altitu-  
dine præcellentem: quam truncari facias, & penit<sup>er</sup>  
eradicari: & in eodem loco meo nomini facias eccle-  
lesiā fabricari. Qui quū euigilasset, statim ad dictū  
locum accessit, congregata multitudine populi, ac  
cleri & prælatorum, processionaliter dictam arbor-  
em præcepit inscindi, atq; radicitus eradicari.  
Mox ut extitit arbor eradicata: manibus proprijs  
sibi altare fundauit: & postmodum in sui consecra-  
tione certis reliquijs insigniuit: & misericorditer in-  
dulgentias promulgauit. ¶ In cuius consecratio-  
ne omnibus deuote accedentibus: & suas elemo-  
synas largientibus iuxta suarum virium possibili-  
tatem: supradictus papa Pascalis concessit a Feria  
sexta post tertiam dominicam quadragesimæ usq;  
ad octauam Pasche pro quolibet die. M. annos &  
totidem quadragenas ob reuerentiam virginis glo-  
riose. Quam Sixtus papa quartus de nouo a funda-  
mento renouauit: & tam maximis indulgentijs do-  
tauit: uidelicet. Omnes & singuli qui eandem eccle-  
siam in Natiuitatis, Purificationis, Annūciationis,  
Visitationis & Assumptionis Mariæ virginis festi-  
uitatibus, a primis uesperis usq; ad secundas vespe-  
ras, singulis earundem festiuitatibus. Et qualibet  
die sabbati singularum ebdomadarum quadragesi-  
mæ plenariam omnium suorum peccatorum remis-  
sionem & veniam consequantur. ¶ In eadem eccle-  
sia sunt q̄ plures venerabilissimæ reliquiæ, quarum  
nomina nimis esset enarrare.



## Indulgentiæ Ecclesiarum

**A**D sanctam Bibianam: est locus qui vocabatur ab antiquo tēpore Vrsipileati: moderno vero tēpore monasterium sanctę Bibianę.

¶ Item anno a natiuitate dñi. M. Honorius papa iij. Pōtificatus sui anno. viij. mensis Martij. vj. feria ante dñicam passionis / cū magna solennitate hanc ecclesiã in honorē beatę Bibianę virginis & martyris consecrauit: remissionē trium annorū & trium quadragenarū a die consecrationis (quã tertia die ante ipsam dñicã passionis statuit celebrandã) vsq; ad octauã ipsius annuatim / singulis diebus ad eã deuote veniētibus indulgendo. ¶ In isto loco plãtauit sancta Bibiana vnã herbã: qua puluerizata / homines a morbo caduco curantur. Quomodo suscipiendus est iste puluis / ponit in scriptis. ¶ Fuerūt in isto loco sepulta. v. milia corporū sanctorū martyrum / absq; paruulis & mulieribus. Et ibidē est indulgentia maxima: vt in Cronicis veraciter enarratur. ¶ Sunt etiam ibi sexcenta milia annorum indulgentiæ in festo Omnium sanctorum.

**A**D sanctum Eusebiū / est monasteriū in quo sunt. vij. M. dccc. & liij. quadragenę verę indulgentiæ cōcessę omnibus visitātibus / & manus porrigentibus adiutrices. ¶ Noia multorū sanctorū: quorū corpora in ista ecclia sancti Eusebii recōdita sunt / possunt legi in vna tabula scripta secundū ordinē. Statio & titulus cardinalis.

**A**D sanctū Matthæū in via / vbi progredis de sancto Ioanne in Lateranē. ad ecclesiã sanctę Marię maioris. ¶ Ibi sunt. M. anni



Indulgētiarum / & tot quadragenæ / & remissio se-  
ptimæ partis omniū peccatorū. Quas cōfirmarūt  
Honorius / Alexander / & Innocentius pontifices.

**A**D sanctum Iulianū ex opposito ecclesiæ san-  
cti Eusebii. Hic prope videntur adhuc ab an-  
tiquo / idolorum imagines positæ. Sunt in ista ec-  
clesia sancti Iuliani / fratres Carmelitę. ¶ Notandū  
est / q̄ ibi fit vna aqua benedicta cū reliquijs sancto-  
rum Iuliani & Alberti: quæ curat omnes febricitā-  
tes: & etiā alias infirmitates: qui ieiuni sumunt cum  
tribus Pater noster / & totidem Aue maria. ad lau-  
dem omnipotētis dei / gloriosæ virginis Mariæ / &  
sanctorum Iuliani & Alberti. Vel vnam missam ad  
honorem prænominati sancti Alberti legant vel le-  
gi faciant. Quorum sanctorum festiuitates cele-  
brantur die septima Augusti.

**A**D sanctū Vitū ad Macellos. ¶ In ista eccle-  
sia est vn⁹ lapis marmore⁹ / ferreo cācello cir-  
cūdatus: super quo trucidata seu interfecta sunt vl-  
tra mille corpora sanctorū martyꝝ. Habenturq̄ in  
prædicta ecclesia. vj. milia annorū / & totidem qua-  
dragenæ. ¶ Item in suprascripta ecclesia habetur ta-  
lis gratia per merita sanctorū Viti & modesti / atq̄  
Crescentiæ: q̄ quicūq̄ laesus vel morsus ab aliquo  
cane rabido vel furioso: vel a quouis alio animali:  
panem tinctum in oleo sancti Viti comederit / ipsi⁹  
sancti meritis ab instanti liberabitur.

**A**D sanctam Praxedem. Temporibus sanctissi-  
mi ac beatissimi apostolici dñi Pascalis pape  
introduc̄ta sunt venerāda sanctorū corpora in hęc



## Indulgentiæ Ecclesiarum

sanctam & venerabilem ecclesiam beatę Christi vir-  
ginis Praxedis: quę prædictus pontifex diruta &  
cymiteriũ seu corporis iacentiam auferens: sub alta-  
ri summo proprijs manibus collocavit: in mēse Ju-  
lio: die. xx. Indictione. x.

**I**N capella Libera nos a pœnis inferni: & ortus  
paradisi: est colūna: ad quam ligatus fuit dñs  
noster Iesus Christus in passione sua. Et super di-  
ctam columnam sunt corpora sanctorum martyrum  
Valentini & Cenonis. Et in medio capellę sub lapi-  
de rotundo sunt corpora. xl. martyrum. Et in sinis-  
tra manu est lapis: super quem positũ est plumbũ  
cum quo columna fuit mutuata: quam mulieres tã-  
gunt: quia dictam capellã intrare non possunt. Sub  
isto lapide sunt sepulti. xl. summi pōtifices: & quoti-  
tidie sunt ibi indulgentiæ. xij. milia annorum & to-  
tidem quadragenarũ: & remissio tertię partis oim  
peccatorum. ¶ In medio ecclesię vbi ferrum circũ-  
dat lapidem rotundum: sub illo lapide dicitur esse  
sanguis sanctorum martyrum: quem beata Praxe-  
dis cum quadã spongia colligens in hunc puteũ la-  
pide rotundo conclusum infundebat: & multa san-  
ctorum corpora in ipso cœlauit: per quorũ merita  
concedat nobis deus cœlorũ regna. ¶ Item in hac  
supradicta venerabili capella est altare: super quo  
Pascalis papa prædictus celebrauit quinq; missas  
pro quadam anima defuncta: quibus finitis visibili-  
ter vidit illam deferre beatam virginem in gremiũ  
omnipotentis dei: vt euidenter patet in pariete di-  
ctę capellę supra fenestram ferream.



Quo miraculo viso, autoritate apostolica dimisit  
 q̄ si quis celebrari fecerit, extrahet vnam animam  
 de purgatorio.

**A**D sanctū Martinū in montibus. Tēporibus  
 dñi Sergij papæ iunioris in sacro altari beati  
 Siluestri præfulis: & beati Martini cū beato Fabia-  
 no & Stephano & Sottere martyribus, ac summis  
 pōtificibus: in simulq; Asterio cum sanctissima filia  
 eius, sanctorū Ciriaco &c. ¶ De plurib⁹ corpori-  
 bus sanctorū habet sculpta vna bulla in marmore  
 ad dextrā partē chori summi altaris prenomina-  
 tæ ecclesiæ. ¶ Itē isti sequentes versus sunt scripti li-  
 teris aureis, siue opere musaico triplici circulo in cir-  
 cuitu parietis supra summū altare istius ecclesiæ.  
 Sergius hanc cœpit præful, quam cernitis aulā:  
 Romanæ sedis diuino tactus amore:

Cœnobiū sacrum statuit, monachosq; locauit:  
 Regna quibus Martin⁹ ouās, Silvester & almus:  
 Qui moriens nullum potuit conferre decorem:  
 Perfecit solers melius tūc q̄ ante manebat:  
 Qui dño assiduas valeant persoluerē laudes:  
 Præfulgent, gaudentq; siceq; cum Christo  
 Sed mox papa Leo quartus vt culmina sumpsit:  
 Atq; pie totam picturam ornauit honeste:  
 Talibus & donis quorum tempore meritis,  
 Hæc templa dicata coruscant.

**A**D sanctū Ciriacum retro Termas, est vna ec-  
 clesia nunc ruinata: vbi quondam erat sta-  
 tio & indulgentia. Sed tempore Sixti papæ quarti  
 hæc omnia translata sunt in ecclesiā sancti Quirici



## Indulgentiæ Ecclesiarum

apud turrin Militiæ

Instaurata videlicet cum Quiricus matre Iulita

Quæ fuerunt longa diruta templa die.

Principe sub Sixto delubris nulla vetustas:

Hic reficit pontes / mœnia / templa / vias.

¶ Sunt sub altari maiori reconditæ reliquię de pluribus martyribus: quorū nomina habentur scripta apud prædictum altare.

**A**D sanctam Susannā apud Termas. Ibi sunt sepulta corpora sanctę Susanne & patris ei⁹. Est ibi claustrū ordinis sancti Augustini.

Statio in quadragesima & titulus cardinalis.

**A**D sanctam Potentianā. In ista ecclesia sanctę Potentianę sororis sanctę Praxedis / requiescūt ultra tria milia corporū sctorū martyrum in cimiterio Pristillæ. Et papa Simplicius consecrauit hanc ecclesiā: & concessit pro quolibet corpore deuote eam visitantibus / indulgentias vnius anni / & vnā quadragesimam / & tertię partis peccatorū remissionē. ¶ Papa Cœlestin⁹ / Bonifacius / Clēmēs / Gregorius / Urbanus & Alexander: quilibet istorū cōcessit indulgentias: quæ omni die legi possunt in vna tabula scripta. ¶ Item in prima capella huius ecclesię retro summū altare versus meridiem: celebravit sanctus Petrus apostolus primitias suas. Et in maiori capella versus meridiē / est puteus: in quo reconditus est sanguis trium milium martyrum. Et in ea capella vocata sancti Pastoris / quidā sacerdos missam celebrās / infestatione diaboli agitatur: in eleuatione sancta dubitauit ibi esse verum corpus dñi



nostri Ihesu Christi: & statim hostia de altari super lapidem marmoreū cecidit. Sacerdos vidēs hoc miraculum, pavit: & manibus maxima cū reuerentia hostiam suscepit: quæ ibidē supra lapidem miraculose suæ magnitudinis signum reliquit: quod cancello ferreo obductū est: vt quotidie videri potest. Et ex hoc miraculo sacerdos credidit id quod ātea dubitabat. Satio in q̄dragesima / & titul⁹ cardinalis.

**A**D sanctam Indolā est claustrū mulierū in qd̄ raro intrant mulieres & aliij homines.

**A**D sanctum Vitalem est vna ecclesia p̄ Sixtū papam. iij. restaurata tempore suo anno Iubilēi. Est statio & titulus cardinalis.

**A**D sanctū Laurentiū Palispernae / inter palatia Decij imperatoris ista ecclesia est cōstrueta. Hic est locus martyrii / vbi affatus est beat⁹ Laurentius. Sepulturaq; existit beatæ Brigitte: quæ fuit regina regni Suetiæ. Ibi in prænominata ecclesia sancti Laurentij / plures reliquiæ ostenduntur feria v. quadragesimæ: quarū nomina habentur in vna tabula scripta. Vna pars craticulæ / Brachiū sancti Laurentij. ¶ Item in vno cristallo certi carbones quibus affatus est beatus Laurentius: qui clare videri possunt: etiam ossa sancti Laurentij. Statio in quadragesima. Et est claustrum mulierum.

**A**D sanctam Eufemiā. Ista ecclesia est in medio istarū ecclesiarū / sanctę potētianæ & sancti Petri ad vicula / inferi⁹ in strata vbiitur ad sanctam Mariā maiore. Est claustrū mulierum. Quæ prænominata sancta Eufemia / pro seeta fuit



## Indulgentiæ Ecclesiarum

in puteum: in quo serpentes & scorpiones erant: & illesa ab eodem puteo gratia Christi exiuit.

**A**D sanctū Laurentiū in carcere: in eadē strada: in qua prænominata ecclesia sanctæ Eufemiæ est prope: dicitur etiam ad Sanctū Laurentiū ad fontes. Est etiam claustrum monialiū. Ibiq; sanctus Laurentius sanctum Ipolytū & Lucillū baptizauit: & eos fidem Christianam docuit.

**A**D sanctum Petrum ad vincula in mōte. Hic est statio in quadragesima & titulus cardinalis. De reliquijs & indulgentijs istius ecclesiæ infra scripta metra exponunt.

Hoc domini templum Petro fuit ante dicatum:

Tertius antistes Sixtus sacrauerat olim:

Ciuili bello destructum post fuit ipsum:

Endoxia quidem totum renouauit ibidem:

Pelagius rursus sacrauit papa beatus:

Corpora sanctorū condens ibi Machabeorum:

Apposuit Petri preciosa vincula ferri:

Illustris mulier: quæ detulit ab Iherusalem.

Et quibus est Petrus Neronis tempore uinctus:

Augusti mensis celebrantur festa kalendis:

Quiq; huc accesserint lauantur crimina cuncta.

**I**tem de his & pluribus reliquijs ponitur pulchre in tabula / ubi plenius quisq; potest intelligere.

**A**D sanctā Mariā Ara cœli prope Capitolium in mōte qui dicitur mons Tarpeius / ubi ascenditur per .c. & .xxviii. gradus. Vbi nunc est ecclesia / ante fuit palatium Octauiani: cui Sibylla (quæ Romanam ut deū adorare volebant) circulum aureū cir



ea solem ostendit: & in eodē virginem puerum in  
brachio tenētē dicēs ei. Hic maior te est. Postea cō  
struxit ibi vnū altare: & vocauit illud Ara coeli. Ob  
lationem fecit & adorauit vnigenitū dei filiū. Ad  
istud altare ponūtur sequentes versus sculpti in me  
dio duarum colūnarum marmorearum.

Luminis hanc almā matris, qui scandis ad aulā,

Cunctarum prima: quæ fuit orbe sita.

Nostras ꝑ Cēsar tunc struxit Octavianus:

Hanc Aram coeli sacra cum proles pater ei.

¶ Sūt in ista ecclesia infra scriptæ reliquiæ. Est ibi  
sepulchrum sanctæ Helenæ: quæ fuit mater Constā  
tini. ¶ Hic sepulti sunt sanctus Habundus, sanctus  
Artenius, sanctus Habundantius. ¶ Ibidē est ima  
go beatæ Marię virginis: quam sanctus Lucas de  
pinxit in ea dispositione & forma: dum stetit ad cru  
cē dñi nr̄i Iesu Xpi. De cuius virtute possunt legi  
i vna tabula posita circa istā imaginē miracula mul  
ta. Item ante chorum est vnus lapis rotūdus circū  
datus paruo cancello de quo lege istos versus.

Christicole cuncti deuota mente tenete:

Tempore Gregorij sculptus est lapis iste:

Angelicis manibus ex bonitate Iesu.

¶ Sunt in ista ecclesia fratres ordinis sancti Fran  
cisci.

**A**D sanctos Angelos in regione sancti Ange  
li. ibi est sepultus sanctus Simphoriosus cum  
socijs suis. Ibi sunt etiam reliquię: quę ponūtur die  
bus festiuis super altare. Qui Romanę urbis est se  
nator: offert omni anno huic ecclesię vnū calicem.



## Indulgentiæ Ecclesiarum

**A**D sanctam Mariam super Mineruam in regione Pinæ. In ista ecclesia sunt fratres ordinis sancti Dominici. Ratio nominis istius ecclesie patet in his versibus sequentibus.

Romanus hic populus coluit delirando Mineruam:  
Nunc ibi Christicolam coluit orthodoxa Mariam.  
Illius iam deperijt vndiq; sapientia fallax:  
Vera per hanc mundo regnat sapietia Christus  
Illa subacta iacet, hæc sublimissima regnat.  
Illa suis poenam, hæc nobis præmia confert.

¶ Sūt in p̄nominata ecclesia infra scriptæ reliquiæ.

¶ De crinibus et vestimentis beatæ Mariæ virginis.  
¶ De tribus patriarchis Abraam, Isaac, & Iacob.  
¶ De Danicle propheta. ¶ Item societas Romanorum ciuium multas elemosynas ibidem facit pauperibus & orphanis.

**A**D sanctam Mariam rotundam, olim templum omnium idolorum erat: nunc in honore beatæ virginis Mariæ est dicata & consecrata, & omnium sanctorum. ¶ Tertia & septima diebus mensis Maij est ibi statio & p̄donantia. ¶ In diebus festiuis beatæ Mariæ virginis & omnium sanctorum, est statio & p̄donantia. ¶ In choro sub altari sepulta sunt corpora sanctorum Rasiij & Anastasiij.

**A**D sanctam Mariam Magdalenam in regione Colunæ: ibi societas Confallonis multa opera poenitentiae facit.

**A**D sanctum Eustachium in regione sancti Eustachij. Anno incarnationis dñice. M. cxcvi. Anno sexto Coelestini papæ. iij. Indictione. xiiij. in



dominica qua cātatur: Modicū: dedicata est eccle-  
 sia sancti Eustachij: cum tribus altaribus. Et est con-  
 structa per dictum papā. ¶ Coadiutores autē fue-  
 runt hi episcopi / Octavianus Ostiensis. Petr⁹ Gal-  
 locia / Portuen. Ioannes Albanen. & Petrus archie-  
 piscopus Ageren. ¶ Nomina plurimorū episcopo-  
 rum assistentium / ponuntur in sculptura instrumē-  
 ti. ¶ In eadē ecclesia sunt hę reliquię. De ligno san-  
 ctę Crucis dñi nostri Ihesu Christi. De sanguine  
 ipsius. De spinea corona. De vestimentis ei⁹. De co-  
 sta sancti Andreę. De carbonibus sancti Laurentij.  
 De reliquijs sancti Eustachij / Theopistę vxoris: fi-  
 liorū Theopistę & Agapiti. ¶ Ponunt etiam certę  
 capsule cū reliquijs super altare in festiuitatibus.

**A**D sanctum saluatorem apud campum Mar-  
 tis: circa templum Martis. Hic est vna ima-  
 go Saluatoris: quę dicitur Pietas.

**A**D sanctam Mariā montis cœli in regione re-  
 gulę. Hic est sepulta sancta Nimpha virgo:  
 sanctus Mancilianus episcopus. Apud istam eccle-  
 siam sunt notabiles reliquię & indulgentię.

**A**D sanctū Martinellum in regione regulę.  
 Gualterus monach⁹ .s. Saluatoris Reatin. tē-  
 pore Honorij pa. iij. a fundamētis reedificauit eccle-  
 siam istā. ¶ Hic est de vestimēto & tunica: quā btā  
 virgo cōtexuit filio suo Iesu Xpo / & creuit secū.

**A**D sanctū Andream in eadem regione: me-  
 dię vię campi Florę & plateę Iudæorū.  
 ¶ Itē anno a natiuitate Xpi. M. ccccxlviij.  
 fuerūt inuētę dignę reliquię in vna pelui & vno



## Indulgentiæ Ecclesiarum

vitro: quæ steterunt plusquam .cc. annis in isto loco: sicut patefaciebat scriptura cum istis reliquijs reperta.

**A**D sanctum Blasium ad annulum in regione regum  
le. Hic est anulus sancti Blasii: quem detulit in dignitate episcopali in manu sua. Sunt etiam plures reliquie in ista ecclesia: quæ in die sancti Blasii & alijs festiuitatibus monstrantur: ita ut bene videri possunt.

**A**D sanctam Barbaram in regione Parionis.  
In maiori altari istius ecclesie sunt positæ hæ reliquie. De capite & velo sanctæ Barbaræ. De vestimento virginis Mariæ. Bartholomei apostoli. Margarete. Felicis. Lotici. Christofori. Sebastiani. Alexii. Marii. & Marthæ. de interula dalmatica sancti Laurentii. apostolorum Philippi & Iacobi. Petro millæ. De capillis sanctæ Mariæ Magdalene. De plurimorum sanctorum reliquijs et indulgentijs habetur in scriptis ad altare maius. Etiam scribitur legenda beatæ Barbaræ metricè pulchre posita.

**A**D ecclesiam sancti Iacobi Hispanorum. nuncupatam de vrbe: concessit Innocentius papa. viij. plenariam remissionem omnium peccatorum omnibus & singulis: qui eandem ecclesiam in festo eiusdem sancti Iacobi apostoli. a primis vespere usque ad occasum solis ipsius diei festi deuote visitauerint annuatim.

**A**D sanctam Mariam de anima: est hospitale Alemanorum: in quo cum maxima deuotione ac diligentia diuina celebrantur officia. Et sunt huic ecclesie concessæ multæ indulgentiæ. Cuilibet quoque Alemanorum triusque sexus datur tribus noctibus in ibi hospitium.



**A**D sanctam Mariam de pace: quam Sixtus papa  
 iij. de nouo a fundamēto & edificauit: eamq;  
 maximis indulgentijs dotauit: videlicet. Omnes &  
 singuli: qui eandem ecclesiam singulis festiuitatib;  
 beatæ Mariæ virginis scilicet. Annunciationis. Vi  
 sitationis. Niuis. Assumptionis. Natiuitatis. Con  
 ceptionis & Purificationis. a primis vesperis vigi  
 liæ. vsq; ad occasum solis festiuitatum earundem:  
 necnō quolibet die sabbati toti<sup>9</sup> quadragesimæ per  
 totam diem deuote visitauerint: pro qualibet earū  
 dem festiuitatum & dictorum dierum sabbati quo  
 prædictam ecclesiam visitauerint: plenariam remis  
 sionem & veniam omniū peccatorū cōsequantur.

**A**D sanctum Laurētium in Damaso. in regio  
 ne Parionis apud campum Floræ. Ecclesiā  
 istam fundauit beatus Damasius papa pri  
 mus & dicauit. Ponitur in festiuitatibus super alta  
 re vna capsula eburnea decorata: in qua plures capsu  
 læ cum reliquijs sanctorum: quorum nomina vna  
 cum istis capsulis in vna cedula scripta ponuntur.  
 Etiam vnum biccerium grande vitreum: ex quo in  
 die sancti Damasi hoies sumunt potū ad honorē  
 prenominati sancti Damasi: cuius virtute omnes  
 homines cōfidunt se de febris liberandos. Ti  
 tulus & sedes cardinalis.

**A**D sanctum Blasium de Banneta. in medio  
 campi Floræ & pontis Angeli. in via quæ di  
 citur Florida via. De istius ecclesiæ indulgentia &  
 reliquijs. isti & plures alij versus sculpti i lapide ver  
 sus portam. dant intelligere.



## Indulgentiæ Ecclesiarum

Hoc fuit inceptum renouari tempore templum  
Vrbis Alexandri Romanæ præfulis anni:

Annus erat eius duodenus & ipse secundus:

Annus millenus/geminus tunc septuagenus:

Tempore quo verbū concepit virgo supernū:

Annus in Augusto currebat mense perusto:

Sexta diadema fuerant/Indictio dena:

Abbas Dominicus meritis & nomine dignus,

Istam domū quidem cœpit/compleuit:& idem

Condidit hic lignū crucis venerabile dignum:

Et vestem diuæ genitricis quippe Mariæ

Andræ/sancti Blasij/Darięq; Crisanti.

**A**D sanctum Celsum in regione Pontis: vbi  
nunc ecclesia est, fuerūt edes patris scti Celsi  
qui cū sancto Iuliano & Basilissa corporaliter trās-  
latus est ad ecclesiam sancti Pauli apostoli.

**A**D sanctā Mariam transpontinam. ¶ In ista  
ecclesia cernunt adhuc illæ duæ columnę in  
quibus beati apostoli Petrus & Paulus ligati fue-  
runt & flagellati: quas omnes homines possunt p  
deuotione quotidie attingere. ¶ Item in porta me-  
dia istius ecclesie reperiuntur ista sculpta. Anno do-  
mini. M. cxxx. tēpore domini Gregorij papæ, viij.  
Anno eius tertio. Die secūda mensis Februarij: Ty-  
beris creuit vsq; ad hoc signale crucis: quod adhuc  
videtur in præfata porta.

**A**D sanctum Iacobum in medio viæ sancte  
ad sanctum Petrum & Castellū sancti An-  
geli. Hic dicitur esse lapis supra altare, su-  
pra quē oblatus fuit Xps in tēplo, qñ Symeō eū su



ſceperat in vlnas ſuas / dicens. Nunc dimittis ſeruū  
tuū dñe. &c. De quo etiam legūtur iſti verſus.  
Siſtitur in templū puer: & Symeonis in vlnas  
Accipitur: cui danda quies. nam lumina ſerui  
Cōſpexere deum / clarū iubar omnibus ortum.

**A**D ſtām Catharinam / nō remote de platea  
ſtī Petri. Hic fuit claustrū mulierū. ¶ Itē  
est ibi de olco: qđ de ſepultura ſanctæ Catha-  
rinę fluxit. Etiā de lacte: qđ ſanguinis loco de ſan-  
cto corpore eius fluxit quando decollata fuit.

**A**D ſanctū Spiritū est hoſpitale in quo fiunt  
magnę elemoſinę & miſericordię opera iſ-  
firmis. Etiā oēs orphani infantuli cōgregā-  
tur ibi / & nutriūtur. Qđ hoſpitale Sixtus papa. iij.  
de nouo a fundamēto maximis ſtructuris renoua-  
uit: magnāq; cōfraternitatē in eodē ordinauit. Ad  
quā ipſe ſe manu ſua ppria cū plurib; Cardinalib;  
inſcripſit. Et cōceſſit oib; & ſingulis q; intrāt / & ſe  
ad eādē cōfraternitatē inſcribi faciūt: q; eligere poſ-  
ſint cōfeſſorē idoneū: q; eos abſoluere poſſit ab om-  
nibus pctis: etiā a caſib; papalib; ſedi apoſtolice re-  
ſeruatis / ſemel in vita / & mortis articulo: totiēs quo-  
tiēs oportunum fuerit: vt plenius cōtinet in quadā  
bulla deſuper cōfecta. Eſtq; proxima die dominica  
Anthonij & Penthecoſtes. Ibi ſtatio & indulgētia.  
Eſt ibi brachiū ſancti Andree. Digitus ſanctæ Ca-  
tharinę: qui clare in vna monſtrantia videri poſteſt.  
Et plures alię reliquię.

**I**N capella Campi ſancti. Hic ſepeliuntur om-  
nes peregrini & pauperes cuiuſcunq; genera



## Indulgentiæ Ecclesiarum

tionis. Sunt ibi multæ indulgentiæ & reliquiæ.

**A**D sanctū Pancratiū per portā aureā extra muros trās Tyberim. Ista ecclesia circūquæq; porphyreticis lapidib<sup>9</sup> satis pulchre est decorata. Sūt hic recōdita corpora infra scripta videlicet: sub altari maiori requiescit corp<sup>9</sup> sancti Pācrati ep̄i & martyris & corp<sup>9</sup> sancti Pācrati militis & martyris sub altari: qđ est a capite hui<sup>9</sup> ecclie: & ad dexterā requiescit corp<sup>9</sup> sancti Victoris martyris: vnde dicebat ecclia sanctorū Victoris & Pācrati martyrum. Sub altari qđ est ī medio ecclie requiescūt corpora sanctorū martyrum Malchi & Madiani. Corp<sup>9</sup> sanctæ Gotheris virginis. ¶ Itē in ea pmanet nobile cymiteriū nominatū Calcopodij presbyteri & martyris. In quo quidē cymiterio est sepulchrū beati Calixti papæ & martyris: in quo pmanet p multos annos corp<sup>9</sup> eius. Demū translātū est ad sanctā Mariā trās Tyberim: & canonici ipsi<sup>9</sup> ecclesie quotidie faciūt cōmemorationē de eo. Iuxta quā ecclesiā sanctæ Mariæ, videlicet versus portā Portuenē, est proxima ecclesia ipsius sancti Calixti. Ecclesia vero antedicta sanctæ Mariæ p ipsum Calixtum cōstructa fuit. Requiescūt insup reliquię seu corpora sanctorū martyrum & virginū in prædicta ecclesia: quorū nomia scripta sunt in libro vitæ. Quę quidē corpora videri possunt manifeste & tāgi: sed nullatenus trāspōni, quia excōicatio papalis est: nisi fiat ex licentia speciali sanctissimi dñi nostri papæ: nec volūtate ipsorū monachorū in eadem ecclesia & monasterio persistentium.



¶ Stationes ecclesiarum Urbis Romæ. Cū indulgentijs earundem per totum annum: nouiter impressæ.

¶ Item est notandum vbi hoc signum ✠ apponitur alicui diei: designat liberationem vnius animæ in illa ecclesia. Et vbi reperitur hoc signum. ¶. de notat remissionem plenariam.

¶ Incipiunt Stationes Urbis.

Et primo in quadragesima.

**I**N die Mercurij cinerū. statio ad sanctā Sabīnam: & est indulgentia plenaria omnium peccatorum: & indulgentia annorum. iij. milia.

Die Iouis. statio ad sanctum Georgium: & sunt. x. milia annorum de indulgentia.

Die Veneris. statio ad sanctos Ioānem & Paulum: & sunt anni. x. milia indulgentiarum.

¶ Die sabbati. statio ad sanctū Triphonē: & est indulgentia omnium peccatorum: & vltra hoc. x. milia annorum de indulgentia.

¶ Dñica prima in quadragesima. statio ad sanctū Ioannē in Laterano: & est indulgentia plenaria omnium peccatorum: &. xvij. milia annorū de indulgentia: & aliæ indulgentiæ absq; numero.

¶ Die Lunę. statio ad sanctū Petrū ad Vincula: & est indulgentia plenaria: & .x. milia ānoꝝ idulgētis.

✠ Martis. statio ad sanctā Anastasiā: & sunt. xxvij. milia annorū de indulgētia: & tot quadragesimæ: & liberatio vnius animæ a purgatorio.



## Stationes Urbis Romæ

- M**ercurij: statio ad sanctā Mariā maiorem: & sunt xxviij. milia annorū de indulgētia: & tot quadragenæ: & remissio tertiæ partis oīm peccatorū.
- I**ouis. statio ad sanctum Laurentiū in Palispero-  
na: & est indulgentia omnium peccatorū: & .x. milia annorum de indulgentia.
- V**eneris: statio ad sanctos apostolos: est indulgētia omnium peccatorum: & .xxviij. milia annorū de indulgentia.
- S**abbati ad sanctū Petrum: est indulgentia plenaria omnium peccatorum: & .xxviij. milia annorum de indulgentia: & tot quadragenæ.
- D**ominica secunda quadragesimę. statio ad sanctā Mariam in nauicula: est indulgentia annorum xxviij. milia: et tot quadragenę.
- L**unę. statio ad sanctum Clementem: & est indulgētia & remissio tertię partis omnium peccatorū: & .x. milia annorum de indulgentia.
- M**artis statio ad sanctam Balbinam: et sunt .x. milia annorum de indulgentia.
- M**ercurij. statio ad sanctam Ceciliam: sunt .x. milia annorum de indulgentia.
- I**ouis .statio ad sanctam Mariā trās Tyberim: sunt .x. milia annorum de indulgentia.
- V**eneris. statio ad sanctum Vitalem: sunt .x. milia annorum de indulgentia.
- S**abbati. statio ad sanctos Marcellinum & Petrum: & est indulgentia plenaria omnium peccatorum: & .x. milia annorum de indulgentia.
- ✠ **D**ominica tertia quadragesimę. statio ad sanctū



Laurentiū extra muros : & sunt .x. milia annorū  
de indulgentia: et .lxxx. & .xlviiiij. quadragenæ. &  
liberatio vnius animæ ex purgatorio.

Lunæ. statio ad sanctum Marcum: sunt .x. milia anno  
rorum de indulgentia.

Martis ad sanctam Potentianam. sunt .x. milia anno  
rorum de indulgentia.

Mercurij. statio ad sanctū Sixtū: & sunt .x. milia an  
norum de indulgentia.

Iouis: statio ad sanctos Cosmā & Damianū: est in  
dulgentia .x. milium annorum.

Veneris. statio ad sanctum Laurentium in Lucina:  
est indulgentia .x. milium annorum.

¶ Sabbati. statio ad sanctā Susannā: & est indulgē  
tia plenaria omnium peccatorū: & .xiiij. milia anno  
rorum de indulgentia.

¶ Dñica quarta quadragesimæ: est statio ad san  
ctam Crucē in Iherusalē: & est indulgentia ple  
naria omnium peccatorum. Et liberatio vni<sup>9</sup> ani  
mæ a purgatorio.

Lunæ. statio ad sanctos quattuor coronatos: sunt  
.x. milia annorum de indulgentia.

Martis ad sanctū Laurentium in Damaso: sunt .x.  
milia annorum de indulgentia: & remissio tertiæ  
partis omnium peccatorum.

Mercurij. statio ad sanctum Paulum: & sunt anni  
.x. decem milia indulgentiarum: & remissio tertię  
partis omnium peccatorum.

Iouis. statio ad sanctum Siluestrū: sunt .x. milia anno  
rorum de indulgentia.



## Stationes Romanæ Urbis

- Veneris. Statio ad sanctū Eusebium: et sunt. x. milia annorū de indulgentia.
- ¶ Sabbati. Statio ad sanctum Nicolaum in Carcere: est indulgentia plenaria. & .xij. milia annorum de indulgentia.
- Dñica. v. Statio ad sanctū Petrū: & est indulgentia .xxvij. milia annorū: & tot quadragenę. & remissio tertię partis omnium peccatorum.
- Lunę. Statio ad sanctum Grisogonum: & sunt decem milia annorum de indulgentia.
- Martis. Statio ad sanctū Quiricum. & sunt. x. milia annorum de indulgentia.
- Mercurij ad sanctum Marcellū. & sunt. x. milia annorum de indulgentia.
- Iouis ad sanctum Apollinarem: & sunt decem milia annorum de indulgentia.
- ✠ Veneris ad sanctū Stephanū in Cœlio mōte: est indulgētia liberationis vnius aię ex purgatorio.
- ✠ Sabbati ad sanctum Ioannem ante portam Latinam: sunt. xij. anni indulgentiarum: & liberatio vnius animę ex purgatorio.
- ¶ Dñica sexta in ramis palmarum. Statio ad sctm Ioannem in Laterano: sunt. xxv. milia annorum de indulgentia: & .xlviij. quadragenę. Item est plenaria remissio oim peccatorū illa die.
- ¶ Lunę ad sanctā Praxedem: est indulgentia plenaria oim peccatorum: & vltra hoc, remissio quartę partis oim peccatorū: & annorū. xxv. milia.
- ¶ Martis. Statio ad sctām Priscā: est indulgētia plenaria oim pētōr: & .xvij. milia. annorū indulgē.



☿ Mercurij. Statio ad sanctam Mariam maiorem: sunt. xxviiij. milia de indulgentia & tot quadragenæ: & indulgentia plenaria oim peccatorū.

♃ Iouis. Statio ad sanctū Ioannē in Laterano sunt xij. milia annorum de indulgentia & quadragenæ. xlviiij. In dicta ecclesia in tali die est duplex plenaria remissio omnium peccatorū.

♀ Veneris sanctæ. Statio ad sanctam, crucē in Hierusalem: est indulgentia plenaria omnium peccatorum: & aliæ infinitæ indulgentiæ.

♁ Sabbati. Statio ad sanctum Ioannem in Laterano: & sunt. xij. milia annorum de indulgentia: et quadragenæ. xlviiij. & plenaria indulgentia.

☽ Dñica i resurrectione. Statio ad sanctā Mariā maiore est indulgentia annorū. xxviiij. milia: & tot quadragenæ: & indulgentia plenaria oim pctorū.

☾ Lunæ. Statio ad sanctū Petrū: est indulgentia annorum. xxviiij. milia: & tot quadragenæ: & indulgentia plenaria omnium peccatorum.

♂ Martis. Statio ad sanctū Paulum: est indulgentia annorum. xx. milia: & quadragenæ. xxviiij. Item indulgentia plenaria omnium peccatorum.

♄ Mercurij. Statio ad sanctū Laurentiū extra muros: est indulgentia annorū. xviiij. milia: & tot quadragenæ. Et liberatio vnus aīe a purgatorio.

♃ Iouis. Statio ad sctōs ap'los. est indulgentia annorū. xv. milia. Item indulgentia plenaria omnium peccatorum.

Veneris ad sanctam Mariam rotundam: sunt indulgentiæ. xv. milia annorum.



## Stationes Urbis Romæ

¶ Sabbati ad sanctū Ioannē in Laterano sunt. xv. milia annorum de indulgentia. Item remissio tertie partis omnium peccatorum. Item duplex remissio plenaria omnium peccatorum.

¶ Dñica in octava paschæ. statio ad sanctum Pancratium: sunt. xv. milia annorum de indulgentia. Item plenaria remissio omnium peccatorum.

## ¶ Stationes post pascha.

In die sancti Marci. statio ad sanctum Petrum sunt xxviij. milia annorū de indulgentia, & tot quadragenæ.

In ebdomada rogationum feria secunda statio ad sanctum Petrum.

Feria tertia ad sanctū Ioannē in Laterano.

Feria quarta ad sanctam Mariam maiorem.

In die ascensionis dñi. statio ad sanctum Petrum: sunt. xxviij. milia annorum de indulgentia, & tot quadragenæ.

¶ In vigilia penthecostes. statio ad sanctum Ioannem in Laterano. sunt. xv. milia annorum indulgentiarū. Itē plenaria remissio omnium peccatorū.

¶ In die Penthecostes. statio ad sanctum Petrū est infinita indulgentia. Item plenaria remissio omnium indulgentiarum.

¶ Die Lunæ. statio ad sanctum Petrum ad vincula est indulgentia plenaria omnium peccatorum.

Martis. statio ad sanctam Anastasiam: sunt. xvij. milia annorum de indulgentia.



Mercurij ad sanctam Mariam maiorem : sunt anni  
xxviij. milia indulgentiarū: & tot quadragenæ.

Item remissio tertiæ partis omnium peccatorum.

✠ Iouis ad sanctum Laurentium extra muros: &  
sunt. xviij. milia annorum de indulgentia / & tot  
quadragenæ / & remissio tertiæ partis omnium  
peccatorum. Item liberatio vnus animæ a purgatorio.

☩ Veneris. statio ad sanctos apostolos / sunt. xviiij.  
milia annorum de indulgentia. Item indulgentia  
plenaria omnium peccatorum.

✠ Sabbati ad sanctum Petrum / sunt. xxviij. milia an  
norum de indulgentia / & tot quadragenæ. Et li  
beratio vnus animæ a purgatorio.

Item die Mercurij quattuor temporum de mense  
Septembris / statio ad sanctam Mariam maiorem  
sunt. xxviij. milia annorum de indulgentia / & tot  
quadragenæ. Item est inibi remissio tertiæ par  
tis omnium peccatorum.

☩ Veneris. statio ad sctos apostolos / & sunt. xviiij.  
milia annorum de indulgentia. Item plenaria re  
missio omnium peccatorum.

Sabbati. statio ad sanctum Petrum. sunt. xxviij. milia  
annorum de indulgentia / et tot quadragenæ.  
Item remissio tertiæ partis omnium peccatorum.

## ☩ Stationes in Aduentu.



## Stationes Romanæ Urbis

**D**ominica prima aduentus. statio ad sanctā Mariā maiorem: & sunt. xxviiij. milia annorum de indulgentia, et tot quadragenæ. Item remissio tertie partis omnium peccatorum.

Item in omnibus festiuitatibus beatæ Marię virginis sunt ibidem mille anni indulgentiarum.

**C** Dominica secunda aduentus. statio ad sanctam crucem in Iherusalem, et sunt. xj. milia annorum de indulgentia: & plenaria remissio omnium peccatorum. Item sanctus Silvester papa ampliauit prædictas indulgentias.

**D**ominica tertia aduentus. statio ad sanctum Petrum: sunt. xxviiij. milia annorum de indulgentia, & tot quadragenæ.

**D**ie mercurij quattuor temporum post dominicā tertiam aduentus. statio ad sanctam Mariam maiorem: & est indulgentia. xxviiij. milia annorum de indulgentia: & tot quadragenæ: & remissio tertie partis omnium peccatorum.

**C** Die veneris quattuor temporum. statio ad sanctos apostolos: & sunt ibidem. x. milia annorum de indulgentia: & indulgentia plenaria omnium peccatorum.

**D**ie sabbati quattuor temporum. statio ad sanctū Petrum, & sunt. xxviiij. milia annorum de indulgentia: & tot quadragenæ.

**C** Dominica quarta aduentus. statio ad sanctos apostolos: & sunt ibidem. xij. milia annorum de indulgentia. Item plenaria remissio omnium peccatorum.



In vigilia natiuitatis domini nostri Iesu Christi. statio ad sanctam Mariam maiorē. vbi sunt. xxviij. milia annorum de indulgentia: & tot quadragenæ: & remissio tertie partis omnium peccatorum.

¶ In die natiuitatis Christi in prima missa. statio ad sanctam Mariam maiorem in capella ad Præsepe domini: sunt anni. xxviij. milia indulgentiarum: & tot quadragenæ: & vltra hoc indulgentia plenaria omnium peccatorum.

¶ In aurora ad secundam missam. statio ad sanctam Anastasiam: & sunt anni. xxviij. milia indulgentiarum: & tot quadragenæ: & remissio plenaria omnium peccatorum.

¶ In summa missa. statio ad sanctam Mariam maiorem: & sunt. xxviij. milia annorum de indulgentia: & tot quadragenæ: & indulgentia plenaria omnium peccatorum.

¶ In die sancti Stephani. statio ad sanctum Stephanum in Coelio monte: & sunt anni. xxviij. milia indulgentiarum: & tot quadragenæ: & indulgentia plenaria omnium peccatorum.

¶ In festo sancti Ioānis Euangelistæ. statio ad sanctam Mariam maiorem: & ad sanctum Ioānem in Laterano: & sunt. xxviij. milia annorum de indulgentia. & tot quadragenæ: & plenaria indulgentia omnium peccatorum.

¶ In festo sanctorum Innocentum. statio ad sanctum Paulum. & sunt. xv. milia annorum de indulgentia: & tot quadragenæ: & indulgentia plenaria omnium peccatorum.



## Stationes Urbis Romæ

**I**n die circuncisionis domini. statio ad sanctam Mariam trans Tyberim ad fontes olei: & sunt xxv. milia annorum de indulgentia, & plenaria remissio omnium peccatorum.

**I**n die epiphanię domini: statio ad sanctum Petrum: & sunt. xxviiij. milia annorum de indulgentia: & tot quadragenę: & indulgentia plenaria.

**+** Dominica in septuagesima. statio ad sanctum Laurentium extra muros: & sunt. xj. milia annorum de indulgentia: & .xlviiij. quadragenę: & remissio tertię partis omnium peccatorum. & liberatio unius animę a purgatorio.

Dominica in sexagesima. statio ad sanctum Paulum: & sunt. xij. milia annorum de indulgentia: & quadragenę. xviiij. & remissio tertię partis omnium peccatorum.

Dominica in quinquagesima. statio ad sanctum Petrum: & sunt. xxviiij. milia annorum de indulgentia & tot quadragenę.

**I**n Finis Stationum Urbis Romanę.



¶ De situ siue Mirabilibus Urbis Romanæ. Tractatus foeliciter incipit.

**V**rus urbis habet trecētas sexaginta & vnā turres. Propugnacula sex milia & nonaginta. et. xxij. milia Porticularia. In circuitu vero sunt. xxij. exceptis trās Tyberim & ciuitate Leonina: & Porticu sancti Petri: vbi sunt. xx. miliaria.

¶ De Portis infra Urbem.

**P**ortę inclytę sunt hæ. Porta Capena q̄ dicitur sancti Pauli. Porta Appia quę ducit ad Domine quo vadis. Porta Latina: vbi sanctus Ioānes fuit missus in oleo. Porta Metioni: vbi riuulus influit urbem. Porta Asinaria in Laterano. Porta Lauicana quę maior est: q̄ est iuxta sanctā Crucem in Iherusalem. Porta Taurina vel Tyburtina: quę dicitur sancti Laurentij. Porta Numentana: q̄ vadit ad sanctam Agnetem virginē. Porta Salaria q̄ vadit versus Sabinam. Porta Pincina quę est circa ecclesiam sancti Foelicis. Porta Flaminia q̄ est circa ecclesiam sanctę Marię de populo. Porta Collina q̄ est cōtra tēplum Adriani supra Pontem.

¶ De Portis trans Tyberim.

**P**ortę trās Tyberim sunt tres. s. Porta Septimana. vbi. v. laudes factę fuerūt Octauiano impatori. Porta Aurea. s. scti Pācrati. Porta Portuen.

¶ In Porticu sancti Petri sunt duę portę. s. Porta Castellī sancti Angeli. & Porta Viridaria.

M



## Mirabilia

### ¶ De Montibus infra Urbem.

**M**ons Ianiculus: ubi est sanctus Petrus. Mons Taurinus: qui dicitur Ianitarius. Mons Aventinus: ubi est ecclesia sancte Sabine. Mons Quirinalis: quia ibi stabant Quirites: ubi est ecclesia sancti Stephani: que dicitur in Coelio monte. Mons Tarpeius vel Capitolium: ubi est palatium senatorum. Mons Palatinus: ubi est palatium maius. Mons Inquilinus: super alios montes dicitur: ubi est basilica sancte marie maioris. Mons Vinalis: ubi est basilica sancte Agathe: ubi Vergilius fuit captus a Romanis: qui visibiliter exiens a carcere perrexit Neapolim.

### ¶ De Pōtibus Urbis.

**P**ontes Urbis Rome sunt isti. Pons Adriani: vel Iudeorum. Pons Fabiani iuxta prefatum pontem. Pons Graciani. Pons Senatorum. Pons Theodosij. & Pons Valentini.

### ¶ Palatia Imperatorum sunt hæc.

**P**alatium magnum in monte Palatino. Palatium Senatorum prope sanctum Sixtum. Palatium Claudij inter Collisem & sanctum Petrum ad vincula: Palatium Constantini in Laterano. Palatium Romuli inter sanctam Mariam novam & Cosmam: ubi sex eedes pietatis & concordie: ubi posuit Romulus suam statuam: dicens. Hec statua non cadet: donec virgo pariet. Et statim cum beata Maria virgo peperit: statua corruit. Palatium Traiani: ubi est columna .xx. passuum. Palatium Silvestri. Palatium Antonij: ubi est alia columna .xxxiiij. passuum. Palatium Neronis: ubi est Angulea sancti Petri. Palatium Octa



uiani ad sanctum Laurentium in Lucina.

¶ De Arcubus triumphalibus.

**A**rcus triumphales sunt hi: qui fiebant alicui imperatori redeunti: sub quibus cum honore ducebatur a senatoribus: & eius victoria ad memoriam eorum in arcu sculpebatur. Arcus Theodosij & Valentini & Gratiani imperatorum ad sanctum Vitum. Arcus Constantini imperatoris iuxta Collisem. Arcus septem lucernarum Titi & Vespasiani: ubi est candelabrum Moyse cum archa: habens septem brachia in pede turris calculatoriae. Arcus Iulij & senatorum ad sanctam Mariam nouam. Arcus Octauiani imperatoris ad sanctum Laurentium in Lucina. Arcus Antonij ad columnam.

¶ De Arcubus non triumphalibus.

**A**lij sunt arcus non triumphales: sed memoriales: ut est Arcus pietatis ante sanctam Mariam rotundam: ubi accidit quaedam historia de paupere muliere: cuius filius occisus erat a vicinae suae filio. Quae petijt ius sibi fieri ab imperatore Traiano parato ire ad exercitum. Qui se ius dixit facturum in reditu. Quae respondit. Forsan domine non redibis. Qui statim fecit sibi consistorium: et fecit ei secundum quod petierat. Iudicauitque iuuenem homicidam moriturum: quem mulier petijt sibi reddi pro recompensatione sui filij mortui: quod ita factum est. Et dicta mulier fatebatur se plenum ius recepisse: et ditata ab imperatore recessit.

¶ De Termis.

M ij



## Mirabilia

**T**ermæ dicuntur Palatia magna habentia magnas criptas subterraneas: in quibus tempore hyemali fiebat ignis maximus. Estiuo autem tempore replebantur aquis: ut curia in superioribus comorans magis delectaretur: quod in termis Diocletiani & Maximiani adhuc videri potest. Termæ Limpiadis apud sanctum Laurentium in Palisperna. Termæ Domitiani Tyberinæ sunt retro Mariam rotundam. Termæ Alexandrinæ ubi est hospitale de Termis.

### ¶ De theatris.

**T**heatra sunt hæc. Theatrum Titii & Vespasiani ad Cathecubam. Theatrum Tarquinii imperatoris ad Septisolum. Theatrum Pompeij ad sanctum Laurentium in Damaso: & est ibi Theatrum Flamincum.

### ¶ De Angulea sancti Petri.

**I**bi est memoria Cæsaris: ubi splendidus cinis in suo Scarcofago: id est Malo greco requiescit ut sicut eo viuente totus mundus ei subiectus erat: sic ipso mortuo omnia corpora mortuorum sibi subiacerent ubi in giro mali scriptum est.

### ¶ Versus.

Cæsar tantus erat: quo nullus maior in orbe.  
Nunc tamen in modico tam magnus claudit antro.  
Intra scriptura stat Cæsaris alta columna.  
Regia structura quanta non extat in aula.  
Si lapis est vnus: seu qua fuit arte leuatus,  
Et si sint plures: dic ubi congeries?

### ¶ De Cimiterijs.

**C**imiterium Calpodij ad sanctum Pæcratiū.  
Cimiterium sancte Agathæ. Cimiterium sancti Viti ad portam Collinam. s. Felicis. s. Calixti ad Cathe



cumbas. Cimiterium Cōcordianī foris portam Latinam. s. Agnetis : & alia q̄plura Cimiteria: quibus in multis locis descendebatur per tria miliaria : vbi Sancti abscondebantur.

¶ Loca vbi Sancti passi sunt.

**H**Oris portā Appiā fuit decollat⁹ sanct⁹ Sixtus ppe/Dñe quo vadis : vbi fuit tēplū Martis. Ante. s. Nereū intus cauatī ad. s. Georgium domus Lucinæ: & est ibi velū aureū. Aqua Salina ad sctm Anastasium: vbi decollat⁹ fuit. s. Paulus. Ortus Lucinæ: vbi est ecclesia sancti Pauli. Et est ibi ppe Amphibiātum, vbi est cloaca: ī qua iactatū fuit corpus sancti Sebastiani: qui reuelauit corpus suum Lucinæ/dicens. Inuenies corpus meum pendens in visco per pedes iuxta stratam quę dicitur via Cornelij. Iuxta Girolum arcus Romanorū: vbi beatus Silvester & Cōstātinus obligauerunt se abinde : vbi fuit domus Telluris ante Martem. Termæ Lāpiadis: vbi fuit affatus sanctus Laurentius in Palisperna. Palatiū Tyburtinū: vbi Decius & Valerianus recesserūt a Laurentio mortuo. Arcus Flāmeus ad pontē Iudeorum trās Tyberim infra palatium Neronis & tēplū Apollinis: quod dicitur. s. Petronelle. Ante ecclesiā sancti Petri fuit vaticanum: vbi Vates. i. Sacerdotes/canebant officia. Ante tēplum Apollinis fuit castrum Neronis: vbi nunc est ecclesia scti Andree. In fastigio Pantheonis. i. Mariæ rotundæ: fuit Pinea q̄rea deaurata: q̄ nunc est ante tēplum sancti Petri: quæ cooperta erat tabulis q̄reis deauratis : ita q̄ a longe videbatur quasi mons aureus : cuius pul



## Mirabilia

chritudo adhuc in parte apparet.

### ¶ De Templis.

**A**Nte palatium Alexandri fuit templū Aeneę et Pompæij miræ pulchritudinis. Monumētum vero Pompæij: quod dicitur marmoreum, decenter ornatum: fuit oraculum Apollinis. Et ecclesia sancti Viti: fuit secretarium Neronis. In palatio Antonij est templum diui Adriani. In campo Martis fuit templū Martis: in quo eligebantur cōsules quarto kal. Iulij: et morabātur vsq; ad kal. Ianuarij. In hoc templo ponebant Romani rostra nauū: vt essent specula omnium gentiū. Iuxta Pantheon erat templum Minerę. Apud Ciriacum erat templum Vestę. In Calcarī est templum Veneris. Monasterium Rosę fuit castellum Iunonis.

### ¶ De Capitolio.

**C**apitolium dicitur eo q̄ erat caput totius mundi: in quo consules et senatores morabantur ad consulendū vrbī: cuius facies cooperta erat muris altis et aureis, vitro et auro vndiq; coopertis. Intra Capitolium fuit palatium pro magna parte aureum: lapidibus preciosis exornatum: quod dicebatur valere tertiam partem mundi: in quo tot statuę erant imaginum, quot sunt mūdi prouincię. Et habebat quęlibet imago tintinnabulū in collo per artem mathematicam dispositum: vt quando aliqua regio, populo Romano rebellis efficeretur: statim huius prouincię imago vertebat dorsum imagini vrbis Romę, quę maior erat super alias tanq; domina; et tintinnabulū quod habebat in collo sona



bat: tunc custodes capitolij dicebant id Senatui: statimq; mittebant legiones militum ad expugnandū prouinciam. Erant in Capitolio plura templa. Super arcum erat templum Cæsaris et Vestę: ubi Senatores ponebant Iulium Cæsarem in cathedram .vi. Martij. Et ex parte Capitolij erat templū Iunonis. Iuxta forum publicum erat templum Herculis in Tarpeio et Achillis: ubi interfectus est Iulius Cæsar a seuatu in loco ubi est ecclesia Ara cœli: et fuerunt palatia simul iuncta. Palatiū Phœhi et Carmētis: ubi Octavianus vidit visionem suam in cœlo. Iuxta Caneparium est templum Iani: qui erat capitolij Custos.

#### ¶ De Equis marmoreis.

**Q**ui & homines nudi significant q̄ tēpore imperatoris Tyberij fuerūt duo philosophi iuuenes. s. Praxiteles & Phitias: qui dixerunt se esse tantę sapientię: vt quicquid imperator ipsis absentibus in camera sua diceret: ipsi de verbo ad verbū referrent. Quod fecerunt vt dixerunt: & inde pecuniam non petierunt: sed memoriā sempiternā: ita q̄ philosophi haberēt duos equos marmoreos calcantes terrā: q̄ significāt principes huius seculi. Quia nudi sunt circa equos: significat q̄ altis et extensis brachijs et replicatis digitis narrabant quę futura erant: vt sicut nudi sunt: ita scientia huius mundi in eorum mentibus nuda et aperta est.

#### ¶ De Rustico sedente super equum.

**A**d Lateranū est equus æreus & deauratus: qui Caballus Cōstātini dicitur: sed nō est sic:



## Mirabilia

sed qui volunt scire verū, hoc perlegant. Tempore consulū & senatorū quidam rex potentissimus ex oriētis partib⁹ venit Romā: multa strage Romanū pplm affligēs. Tūc quidā rusticus armiger, magnę fortitudinis, virtutis & prudentię, dixit consulibus & senatoribus. Nunquid si esset aliquis liberās vos de tribulatione ista, quid a senatu recipere mereretur? Responderūt: quicquid peteret, obtineret. Qui ait illis. Date mihi. xxx. talēta auri: & insuper memoriam fieri sempiternā: & ꝑ super equū æ reū statuā meam facietis: & ab illis vos in breui liberabo. Qui dixerunt se oīa facturos. Ille vero ait. Media nocte surgetis: & omnes estote armati bene: & stetis infra muros in spelunca: & quicquid vobis dixerō, facietis. Et responderunt, faciemus. Rusticus vero ascendit equum suum maximum sine sella: tollensq; falcē exiuit foras, tanq̃ vellet colligere herbas: viditq; regem venientem ad arborem pro necessarijs suis: super quam arborem, quædam Cucumagia sedebat: dulciterq; canebat. Rusticus hoc audiens, accessit propius. Socij regis putantes rusticum de suis esse, clamarunt. Rustice, nō tangas regem: quia si tetigeris, suspēderis. Rusticus vero spretis eorum minis: per fortitudinem, regem parvę staturę cito arripuit: & eum subleuās, posuit coram se super equū: & fugit ad urbem velociter: clamans voce magna ad homines vrbis in cavernis latitantes. Exite foras: & interficite exercitum regis: quoniā ipsum coram me nunc teneo captum. Qui exeūtes ad vocē eius multos occiderunt: & alij in fugam versi sunt.



Romani habito triumpho soluerunt ei aurū quod petierat: & fecerūt memoriā eius: & in præsentatione staturæ suæ: quam posuerunt corā palatio Lateranē. vnum equum græcum & deauratum: & statueram ipsius desup sedentem deauratā: extensa manu dextra: cū qua regē cœperat. & sup caput equi quādam Cucumagiā posuerūt: ad cui⁹ cantū victoriā habuerunt. Ipsam staturā regis: quæ parua erat: retro ligatā manibus sub dicto equo collocarunt.

### ¶ De Colliseo.

**C**olliseū fuit templū solis mirę magnitudinis: & pulchritudinis: diuersis cauernis adaptatū: & coopertū erat cælo græco & deaurato: vbi tonitruū fulgura & coruscationes fiebāt: & pluuia mittebātur per fistulas plūbeas. Et erāt ibi signa supercoelestia: & planetæ cū sole & luna: quadrigis vehi videbantur. In medio sedebat dñs Phœbus: deus solis: qui pedes ad terram vertebat: & caput ei⁹ cælum tangebāt: qui palmā in manu sua tenebat: designans q̄ Roma totum mundū regebat. Post vero multum temporis spacium: beatus Silvester iussit templum destrui: & etiam q̄plura alia: ne peregrini venirent Romā propter edificia antiqua & deorū famā: & non propter ecclesias sanctorū transirent multimoda deuotione. Caput vero & manus prædicti ydoli cū pomo: ad palatiū in Laterano fecit poni in memoriā: quæ palma & caput Sampsonis false vocantur a vulgo. Palatium præfatum erat templum Trubi: per quod intrabant: & præfata simulatio in querimonia fundebat tempore consultuū

N



## Mirabilia

et senatorum orationes.

¶ De sancta Maria rotunda.

**A**grippa prefatus subiugauit Romanos senatores, Sclauos, et Saxones: occidere fecit et ussit iiii. legiones. In eius reuocatione tintinnabulum statue preſidis que erat in templo Iouis et Minerve sonabat: quia statua vniuscuiusque regni totius orbis in templo illo erat posita cum tintinnabulo ad collum: quando sonabat, regnum id cognoscebatur rebelle. Huius autem statue preſidis tintinnabulum audiens sacerdos qui erat in spelunca in hebdomada illa: nunciabat senatoribus. Senatores autem legationem hanc prefato Agrippae iniuxerunt: vt iret ad Persas subiugandum. Qui omnino renuens et dicens se non posse pati tantum laborem. Tandem victus, petijt consilium trium dierum: infra quos quadam nocte ex nimio cogitatu fatigatus, obdormiuit: et quedam femina ei apparuit: que ait, Agrippa, quid cogitas? in magno es cogitatu: consolare, et promitte mihi templum quale ostendam tibi: et dicam quomodo eris victurus. Qui dixit, Faciam domina. Illa ostendit ei in visione templum rotundum ad modum Pantheon. Ille vero dixit, Domina, que es tu? Que respondit, Ego sum Cibele mater deorum: fac mihi libamina et Neptuno: qui est deus maris, ad honorem meum: quia tecum erimus: et vinctes omnes rebelles. Agrippa vero surgens, haec recitauit senatui: et ciues acquieuerunt verbis suis. Igitur cum magno apparatu nauium: & v. legionibus milium venit ad Persas, et eos debellauit: et posuit sub tributo sena-



tui Romano annuatim. Et rediens Romam fecit templum fieri quod promiserat: et dedicauit ad honorem Cibelis matris deorum: et imposuit huic nomen Pantheon: et fecit staturam Cibelis deauratam: quam posuit in fastigio Pantheon super foramen: et cooperuit eam mirifico tegumento aereo et deaurato. Beatus vero Bonifacius papa post multum temporis videns id templum tam egregie dedicatum ad honorem Cibelis: antequam Christiani perturbarentur aliquoties a demonibus: accessit ad Christianum imperatorem rogans hoc templum sibi tradi: quod imperator concessit eidem libenter. Papa vero cum Romano populo .i. kal. Nouembrii dedicauit idem: et statuit ut ex illo die Romanus pontifex cum Romano populo illuc conueniret: et papa missam celebraret: et populus concicaret sicut in die natiuitatis domini: et eodem die per vniuersum orbem festum beatae virginis Mariae et omnium sanctorum celebraretur.

#### ¶ De Octauiano imperatore.

**P**ost multum vero temporis senatores videntes Octavianum tantae pulchritudinis et prosperitatis: et quod totum orbem tributarium fecerat: dixerunt. Volumus te adorare: quia diuinitas in te est. si hoc non esset: non emergeretur tibi prospera. Qui reuocans inducias postulauit: et ad se Sybillam Tyburtinam vocari fecit: cui quod senatores dixerunt recitauit: et quod spacium trium dierum petiit: ut sibi consuleret: in quibus artum ieiunium operata est. Post tres dies respondit imperatori sic. Iudicium signum: tellus sudore madescet. E caelo rex adueniet per saecula futurum. Illico postquam dixisset hoc: caelum apertum est: et splendor maximus irruit



## Mirabilia Romanæ Urbis;

super eum. Viditq; in cœlo virginem pulcherrimã:  
& puerum in brachijs tenentem super altare dei: ita  
q; miraretur valde. Audiuitq; vocem dicentẽ. Hæc  
Ara est filiĩ dei. Qui statim p̄cidit in terram: & ado-  
rauit Christum venturum. Quod recitauit senato-  
ribus: de quo mirati sunt valde. Et fuit hæc visio in  
camera Imperatoris: vbi nunc est ecclesia sanctæ  
Mariæ in Capitolio: & ideo vocatur sancta Maria  
Ara cœli. Et est ecclesia fratrum minorum.

¶ Explicit tractatus de Mirabilibus  
Romanæ Urbis.



De decē nationib⁹ toti⁹ Xpianitatis. 51

¶ De diuisione decem Nationum totius Christianitatis. Tractatus foeliciter incipit.



¶ Notandum q̄ gentes Christianorū diuiduntur in decem nationes. videlicet. Latinos. Gręcos. Indos. Iacobitas. Nestorianos. Moronitas. Armenos. Georgianos. Surianos. et Mozorabes.

¶ Prima natio.

¶ In Atini habent Papam & imperatorem Romanorum pro superioribus / & reges multos. videlicet: regem Francię in natione Gallica. et multos Duces & Comites.

¶ In natione Hispanica sunt reges / Castellę / Legionis: rex Aragonię: rex Portugallię: rex Nauarę: rex Granatę: ac multi Duces & Comites.

¶ In natione Italica. rex Sicilię: rex Neapolitan⁹ / & multi duces / marchiones / & comites / videlicet: Venetiarum / Florentię / Senarum / & Ianuę.

¶ In Germanica aut natione preter Imperatorē q̄ debet esse Alamanus sunt reges multi. videlicet: rex Anglię: rex Scotię: rex Hūgarię: rex Boemię: rex Polonię: rex Dacię: rex Frisię: rex Suetię: rex Noruegię: rex Dalmatię: rex Cruatię &c. et multi Lāgrauij: duces / comites / &c. ¶ Item in insula Cypri: rex Cyprię: omnes predicti sunt obedientes ecclesię Romanę.



## De decem nationibus

### ¶ Secunda natio.

**O**Ræci habent patriarcham Constantinopolitanū: archiepiscopos, episcopos, abbates &c. in spiritalibus. In temporalibus imperatorem, duces, comites, dispostum &c. pauci tamen sunt nūc numero. quia Agareni & Turchi occuparunt & receperunt maiorem partem Græcię: & isti non obediūt Romanæ ecclesię: et habēt errores multos, & sunt condēnati per ecclesiā: quia dicunt q̄ spiritus sanctus nō p̄cedit a filio, & q̄ nō sit purgatorium.

### ¶ Tertia natio.

**I**ndi sunt quorum princeps est presbyter Ioānes de Indis. huius potestas & numerus excedit omnes Christianos. Nam habet sub se septuaginta duos reges. Et quando dictus dominus rex presbyter Ioānes equitat, semper facit portare crucem ante se ligneam. Sed quando vadit ad bellum tunc facit portare duas cruces: vnā de auro, aliā de lapidibus preciosis. In illa terra est corpus beati Thomæ apostoli in maxima veneratione.

### ¶ Quarta natio.

**I**acobitæ dicti a Iacobo heretico discipulo patriarchæ Alexandrini. Hi in partibus orientis occupāt magnam partem Asię & terram Mambre q̄ est pp̄inqua Aegypto: & terrā Ethiopię vsq̄ ad Indiam, plusq̄ quadraginta regna. Hi circunciduntur & baptizantur cum ferro ignito. Characterem crucis imprimunt in frontibus & alijs partib⁹ corporis: vt in pectore vel in brachijs. Hi confitentur soli deo, & non sacerdotibus Indorum & Aga



renorum. Hi dicunt in Christo esse tantum naturam diuinam. Aliqui eorum loquuntur lingua Caldeæ: alij Arabica: alij vero alijs linguis secundum diuersitatem nationum. Isti fuerunt condemnati in concilio Calcedonensi.

#### ¶ Quinta natio.

**N**estoriani a Nestorio heretico discipulo sic vocati: qui fuit Constantinopolitanus. Hi ponunt in Christo duas personas: vnam diuinam: aliam vero humanam: & negabant beatam Mariam esse matrem dei: sed bene hominis Iesu. Hi vtuntur lingua Caldeæ in suis scripturis: & conficiunt corpus Christi in fermento. Hi inhabitant Tartariam & maiorem Indiam: & sunt multi numero. Terra eorum continet tantum sicut Alemania & Italia. Hi heretici fuerunt condemnati in synodo Ephesina: & fuerunt diuisi ab ecclesia Romana: & permanserunt in sua pertinacia.

#### ¶ Sexta natio.

**M**oronitæ a quodam heretico Morone: qui vnum intellectum & vnam voluntatem in Christo tantum ponunt. Hi inhabitant Lybiam in prouincia Phœnicis in magno numero: prælijs edocti & experti. specialiter vtuntur arcubus & sagittis: more Latinorum campanis: & eorum episcopi anulim, mitris & baculis pastoralibus. vtuntur in scripturis diuinis littera Caldeæ: et in vulgari Arabica vtuntur. Hi aliquando fuerunt sub obedientia Romanæ ecclesie. Nā eorum patriarcha erat in concilio Lateranensi celebrato Romæ sub Innocentio. iij. Sed postea re



## De decē nationibus

cesserunt. Hi primo fuerunt condemnati in synodo Constantinopolitana, postea redierunt ad obedientiam ecclesie Romanæ: et iterum reuersi sunt ad suam opinionem falsam: in qua perseuerant.

### ¶ Septima natio.

**A**Rmeni habitant in regno Armeniæ, prope Antiochiam. Hi proprium idioma & linguam communem omnibus, & scripturas sanctas, & officium ecclesie cantant & dicunt in vulgari lingua, ita quod ab omnibus secularibus viris & foeminis intelliguntur. Habent suum primatem, quem vocant catholicum: cui obediunt velut papæ, cum magna deuotione & reuerentia. Quadragesimam ieiunant, in qua non comedunt pisces: nec bibunt vinum: in diebus tamen veneris comedunt carnes.

### ¶ Octaua natio.

**G**Eorgiani a beato Georgio, quem habent in praesentibus in patronum: & habitant in partibus orientalibus: est populus multum pulcher, fortis, & deliciosus. Mædis, Persis, Assuris, in quorum confinibus commorantur, valde formidolosi: vtuntur lingua Graeca: vtuntur sacramentis modo Graecorum: clerici habent coronas rotundas in capitibus raras: seculares vero quadratas. Et quando veniunt ad sanctum sepulchrum non soluunt Sarracenis tributum: & ingrediuntur Iherusalem cum vexillis erectis: quia Sarraceni eos timent. Eorum foemine vtuntur armis sicut viri. Vtuntur pileis altis in capitibus ad altitudinem cubiti: & quando scribunt Soldano: statim fit quod petunt.

### ¶ Nona natio.



**S**yriani dicuntur a ciuitate Sur q̄ est eminētior in Suria vel Affuria. Hi vtuntur in sermōe vulgari lingua Saracēnica. ī scripturis diuinis et officio missæ lingua Græca. Habent episcopos: et cōsuetudines Græcorū seruant: et eis obediunt in omnib⁹. conficiunt in fermento: et habēt opīniones Græcorū cōtra Latinos. Hos sequuntur aliqui Christiani: q̄ in terra sancta vocantur Samaritani: cōuersi primo tēpore apostolorū: sed nō bene sapiunt in fide.

¶ Decima natio.

**M**ozorabes: hi olim fuerunt multī numero in partib⁹ Affricæ et Hispaniæ: sed modo sunt pauci. Sūt enim dicti Mozorabes: q̄a modos Christianorū de Arabia in multis tenebant. Isti vtuntur in diuinis officijs lingua Latina. et obediunt Romanæ ecclesiæ et prelatis Latinorū. et cōficiunt in azimo vt Latini: sed in multis discrepāt a Latinis: quia in diuinis officijs hnt horas valde plixas: quia quū dies naturalis diuidit̄ ī viginti quattuor horas diei et noctis: tot officia hnt siue horas et psalmos: ac hymnos: ac certas orationes habent et nimis prolixas: quas nō dicunt more Latinorum: nam illud qd̄ Latini dicunt in principio ipsi dicūt in fine vel in medio. Sacramentum Eucharistiæ diuidunt aliqui in septem partes: aliqui in decē. Est natio valde deuota. In matrimonio non cōiunguntur nisi personis sue gentis siue nationis: inter quas: foemina amisso primo marito nūq̄ coniungitur alteri: sed permanet in castitate perpetua.

¶ Causa tantæ diuisionis inter Xp̄ianos fuit q̄ ab



## De decē nationib' toti' Xp̄ianitatis.

antiquis temporibus Christiani fuerunt astricti & impediti ne celebrarent concilia generalia: ideo insurgentibus Hereticis in diuersis partibus, non fuit qui remedium apponeret.

¶ Finis.





Incipit trāslatio miraculosa eccl'ie gl'iosissi  
mæ dei genitricis virginis Mariæ de Loreta.



Eccl'ia beate Marie de Lo  
reta / fuit camera dom' btē  
Mariæ v'ginis / m'ris dñi no  
stri Iesu Xpi : q̄ dom' fuit  
in partib' Hierusalē / Iudæe  
& i ciuitate Galilæe / cui no  
men Nazareth. Et in dicta  
camera fuit beā virgo Ma  
ria nata / & ibi educata / &  
postea ab angelo Gabriele salutata / & demū in dic  
ta camera nutriuit filiū suū Iesum Xpm vsq; ad eta  
tē .xij. annorū. Demū post Ascensionem dñi nr̄i Iesu  
Xpi in coelū / remāsit btā virgo Maria in terra cum  
Apl'is / & alijs discipulis Xpi: quidētes ml'ta misteria  
diuina fuisse fctā i dicta camera: decreuerūt de cōi cō  
sensu oīm de dicta camera facere vnā eccl'iam in ho  
norē & mēoriā btē Mariæ v'gis / & ita fctm̄ fuit. Et  
deinde Apl'i & discipuli illā Camerā consecrauerūt  
in eccl'iam: & ibi celebrauerūt diuina officia. Et bea  
tus Lucas Euāgelista cū suis manib' fecit ibidē vnā  
imaginē ad similitudinē btē v'gis Marię: q̄ ibi est vsq;  
hodie. Demū dicta eccl'ia fuit habitata & honorata  
cū magna deuotiōe & reuerētia ab illo pp'lo Xpian  
no: q̄ erat in illis ptibus / in qbus stetit dicta eccl'ia /  
quousq; ille ppl's fuit Xpian'. Sed postq̄ ille ppl'us  
dimisit fidē Xpi / & recepit fidē Machometi: tūc dei  
Angeli abstulerūt p̄libatā Eccl'iam: & portauerunt



## Translatio miraculosa ecclesie

Illā in ptes Sclauonię: & posuerūt eā ad quoddā castrū: qđ vocabat̃ Flumē: & ibi minime honorabat̃ vt decebat ṽginē. Iterū de eodē loco Angeli, abstulerūt illā, & portauerūt eā supra mare ī ptib⁹ territorij Racanati: & posuerūt eā in quadā silua: q̃ erat cuiusdā nobilis dñę ciuitatis Racanaten. q̃ vocabat̃ Loreta: illo tūc accepit ista ecclia nomē ab illa dña: q̃ erat illi⁹ siluę patrona, sc̃ta Maria de Loreta. In illo tpe quo ipsa ecclia pmāsit in dicta silua, ppter gentiū nimiū cōcursum: ī ea maxima latrocinia & innumerabilia mala cōmittebantur: q̃propter p Angelorū man⁹ rursus assumpta est, & portata in mōtē duorū fratrū: & in eodē monte p eorū Angelorū man⁹ sita est: q̃ fratres, ob maximū denarioꝝ & aliarū rerum ītroitū & lucrū, simul atq; adinuicē ad maximas discordias & lites venerūt. Propterea parimodo Angeli abstulerūt eā de eodē mōtis loco: & portauerūt in viā cōcm: & ī eadē illā posuerūt & firmauerūt eā: vbi est nūc. Et sic cū magnis signis & innumerabilib⁹ gratijs & miraculis collocata fuit ī dicta vita ista alma ecclia. Tūc igit̃ tot⁹ ppl's Racanati venit videre dictā eccliam: q̃ erat sup terrā sine fundamēto aliquo: ppter qđ dict⁹ ppl's cōsiderās tā magnū miraculū, & dubitās ne dicta ecclia veniret ad ruinā, fecerūt eā circūdari alio muro bono grosso, & optimo fundamēto: put hodie videri pōt manifeste. Nullus tamen sciebat vnde ista ecclesia veniret, neq; quo de loco recessisset.

¶ Nota quomodo supradiſta sunt scita.

¶ Anno dñi, M, ccclxxxvj. btā ṽgo apparuit ī som



no cuidam sancto viro sibi deuoto: reuelauitq; eidem  
 supradicta. Ille vero protinus oia diuulgauit qbus  
 da bonis viris isti? Prouincie: & ipsi immediate delibe  
 rauerunt velle scire veritate hui? rei: & sic concato co  
 silio decreuerunt q essent. xvj. hoies notabiles & bo  
 ni: q simul irer ad scdm Sepulchrū: & demū ad illas  
 ptes de Hierusalē, Iudęę & ī ciuitatē Nazareth: ad  
 iuestigādū supradicta inuēta: & ita factū est. Porta  
 runt isti secū mēsurā dictę ecclie: & ibi vestigia fun  
 damētorū eiusdē ecclie iuenerūt & illā mēsurā ad  
 vnguē: sicut est ista. Et in vno pariete ibi ppe ē scri  
 ptū & sculptum in muro/ quō ista ecclia fuit ibi, &  
 postea recessit. Demū vero dicti. xvj. viri/ reuersi sūt  
 ad istā prouinciā/ & notificauerūt supradicta inuēta  
 p eos esse vera. Et extūc fuit scitū q ista ecclia fuit  
 Camera scētissime vginis Marię: & exinde popul?  
 xpian? habuit magnā deuotionē/ & habet. Nā oī  
 die/ ibi btīssimavirgo Maria facit infinita miracula:  
 veluti experiētia docet. ¶ Hic fuit vn? Heremita: q  
 vocabatur frater Paulus de silua: qui morabatur in  
 vno tugurio in silua/ prope istam eccliam: q omni  
 mane erat in ista ecclia ad officiū diuinum. Hic fuit  
 hō magnę abstīnētię & vitę scē: q iā dixit. Sūt ant  
 decē vel circa q in die natiuitatis Marię/ q est. viij.  
 die Septēbris/ ante diē p duas horas/ stāte acris sere  
 nitate/ & dicto fratre Paulo exeūte de suo tugurio/  
 & veniēte versus eccliam/ vidit vnū lumē descēdere  
 de celo supra dictā eccliam: qd in lōgitudine vide  
 batur fere duodecī pedū/ & in latitudine fere sex pe  
 dū: & quū fuit illud lumē supra dictā eccliam/ dispa




## Translatio ecclesie de Loreta.


ruit. Ipse ob rē dicebat q̄ fuit btā virgo: q̄ ibi appa-  
ruit in die natiuitatis suæ. Et hoc vidit ille sanct⁹ hō.  
¶ In quorum omnium fidē & testimonium, mihi  
preposito Teremano & gubernatori prenominate  
ecclesie: quidā duo boni viri pretaxate ciuitatis huius  
villæ habitatores retulerūt, ac annūciauerūt, & plu-  
ribus vicibus dixerūt. Vnus vocabatur Paulus Re-  
ualducij: & alius Franciscus, alias Prior. Et supradict⁹  
Paulus dixit mihi q̄ auus auī eius vidit quādo, An-  
geli duxerūt prædictā Ecclesiam per marc: & posue-  
runt illam in dicta silua: & pluribus vicibus ipse cum  
cæteris personis ipsam Ecclesiam in prælibata silua vi-  
sitauit. ¶ Item dictus Franciscus multotiens retulit  
ac dixit mihi q̄ auus eius: qui erat cētū & viginti an-  
norū, dixit ei: q̄ pluribus vicib⁹ visitauit dictā eccle-  
siam in eadem silua. Et pari modo ipse Francisc⁹ re-  
tulit atq; dixit mihi per plures vices. ¶ Item huius  
rei credulitatem atq; certitudinem ppalamus quo-  
modo ista alma Ecclesia fuit & stetit in dicta Silua:  
& pluribus probis personis dictus Franciscus dixit:  
q̄ auus auī eius habuit domum, & habitauit ibi, &  
eius domus erat penes prædictam ecclesiā, & in sui  
tēpore eleuata fuit per Angelos a loco siluæ, & por-  
tata in montem duorum fratrum, & ibi sita & collo-  
cata est, vt dictum est superius.

¶ Explicit tractatus de Translatione mira-  
culosa ecclesie beatissimæ virginis Ma-  
riæ de Loreta.











**¶ Modus eligendi-creandi-co**  
**ronandiq; Imperatorem: cum forma iur**  
**ramenti/ necnon Titulis omnium**  
**Regum/ Patriarcharū & Car**  
**dinalium .**



**¶ Venalia reperies Tholose in edibus Ioan**  
**nis Fabri Calchotypi/ sub signo quinq; Pla**  
**garū Iesu Xpi/ in vico Dagulheres e regione**  
**Canonicarum sancti Saturnini cōmorātis.**



Terrarum dñs cunctarũ: bella superbis  
Infero: subiectis parcere prõptus ero.





**¶** Modus eligendi / creandi / coronandiq̄  
Imperatorē; cū forma iuramēti; necnō  
titulis oīm Regum / Patriarcharum  
& Cardinalium.

**Q**um euolutis veteruz  
monimentis de electione noui  
Imperatoris / sequi prædecessorū  
suorū uestigia uolentis; nonnulla ad imitatio  
nē / utilitatēq̄ inuētum fuerit opus profecto  
varium & disertū / multiplex ac copiosum; ubi  
multæ / recōditæq̄ sentētiæ de iureiurañ. ex  
plicantur; in lucē ad oīm utilitatē edere p̄po  
sui. Habeas igitur lector optime; modum &  
formā Imperatores creandi / eligendi / nomi  
nandi / deputādi / confirmādi / & coronandi  
& quibus nominibus appellātur & nominā  
tur. Et scias Imperatores Christianos duos  
esse, uidelicet Imperatorem Romanum / qui  
appellatur Rex Romanorum; & Imperato  
rem Græcorum.

**¶** Habes etiā septē electores istius Roma.  
Imperatoris, uidelicet Archiepiscopum Ma  
gūtineñ. qui per Germanos & Alemanos p̄  
Archicācellario deputatur & est in electione  
decanus omnium electorum / habens autho



## Modus coronandi

ritatem conuocādi alios electores ad certos dies & horā in loco deputato: vel vbi dicto Archiepiscopo melius & cōmodius videbit̃.

¶ Habes etiam Archiepiscopum Coloniensem/ qui est sacri Imperij per Italianam Archicancellarius.

¶ Est etiā Archiepiscopus Treuereñ. qui est sacri Imperij Regis per regnū Arelateñ. Archicancellarius.

¶ Rex Bohemiæ: dum presentialiter ibidem reperitur/ habetur pro Pincerna: licet nō debeat esse in tractatu electionis: nec in principio: nec in fine: si electores sint concordēs. sed quādo discordāt: & partes nō sunt æquales quibus idem rex adhereat: faciunt maiorem partem & saniolem. Quando vero duo Imperatores per discordiam sunt electi: tolerantur omnino/ donec per summum Pontificem alterius electio approbata/ aut reprobata fuerit. Quia sola principum electio/ verum Imperatorem facit: dūmodo ab ecclesia fuerit postmodum approbatus. Et non dicitur Imperator: donec coronationē & consecrationem ab ecclesia recoeperit. Si vero Imperator nō posset recipere coronam in loco debito: prout explicabimus: tñ auctoritatē mi



nistrandi recipere ab eodem Archiepiscopo  
Coloniēn. potest. & ante illius coronationē  
non debet vilo modo vti bulla aurea: sed si-  
gillo tantum.

¶ Habes etiam Marchionē Brādeburgen. q̄  
camerę Imperialis erit præpositus.

¶ Duci Saxonix/locus portitoris ensis affi-  
gnatur.

¶ Dux Bauarię Comes Palatinus efficitur:  
quia in noua creatione habet conferre mul-  
tos comitatus: & est dapifer Imperatoris.

Vnde inueniuntur ista carmina satis scabro-  
sa/ ad propositum facientia in aula dictæ ele-  
ctionis descripta.

Magūtinensis/ Treuerensis/ Coloniēsis:

Quilibet Imperij sit Cancellarius: horū

Atq; Palatini dapifer: dux portitor ensis:

Marchio p̄posit' cameræ: pincerna Bohem'.

¶ Quādo vero est cōmuniter & cōcorditer/  
vel per fauorem: electoribus cōuocatis & in

loco deputato & sibi assignato adunatis/ de

aliquo cōcordatum: tunc itur ad locum qui

dicitur Renis: qui locus priuilegiatus existit

& in pomœrio dicti loci qui amœnissim' est:

& fructiferis arboribus plenus: & quodā flu-

mine circūdatus: in præsentia omnium ibidē



## Modus coronandi

presentium: & p̄sertim principum Alemannie: quib⁹ & cāpi & mōtes pleni existūt: p̄nunciatur & declaratur Imperator electus. Quib⁹ p̄actis: per supradictos cōducitur Maguntia ad oppidum vocatū Franchefort: vbi debet manere per tres dies continuos: & demū ad libitū suum: vbi melius & commodius sibi placuerit.

### ¶ Quomodo coronatur Imperator.



Imperator postq̄ fuerit elect⁹ & deputatus per supradictos: debet coronari trib⁹ coronis. Prima de ferro: q̄ quidē corona significat potētā & fortitudinem. Et de ista corona prima ferrea/ debet coronari per Archiepiscopum Coloniēn. in villa quæ dicitur Aquisgraniv Leodiensis diocesis.

¶ Secūda corona debet esse de argento: quæ quidem corona significat q̄ in dicto Imperatore est clara/ & lucida/ & mūda iusticia. Et de ista corona argētea coronatur Imperator per Archiep̄m Mediolañ. in Modentia. id est Mūtia. Mediolanensis diocesis.

¶ Tertia vero corona est de auro puro: quæ quidē corona aurea significat maioritātē/ superioritātē/ & nobilitātē/ quas Impator Ro



manus sup oēs alios principes habere debet  
sicut aurū preualet oibus alijs generib<sup>9</sup> me-  
tallorū: ita Imperator debet preualere oibus  
alijs principibus mundi. Et debet esse conti-  
nuo mera pura & firma iusticia: quam semp  
& sedulo firmiter obseruare/ & per omne re-  
gnū (nisi fuerit diuisum) obseruari facere: ex  
eo: quia in electione & creatione sua/ iurat &  
vouet/ ac promittit vnicuiq; qd suū est redde-  
re. Et ista vltima corona aurea coronat̄ i vrbe  
Romana p dñm Papā/ p tpe existeñ. in Basili-  
ca scti Petri sup Altare scti Mauricij / i signū  
quo Impator sub dñio & rōne p̄fati dñi p̄p-  
& sedis aplice existit: cui p iuramētū bis p̄fa-  
to dño Papæ fidē & obseruatiā pmittit. Pri-  
mo tempore approbationis. Secundo tem-  
pore coronationis & consecrationis: prout  
Henricus post suam infidelitatē: deinde Al-  
bertus & Rodolphus & alijs successores fece-  
re. Et coronatur in his tribus metallis: quia  
in similibus dabatur tributum Romanis: vt  
in. c. inter dilectos. & idē Imperator post co-  
ronationē/ cōsecrationē/ & vnctionē/ & Dia-  
dema/ nō debet stare neq; permanere in vrbe  
Romana: nisi per vnam noctem/ & in exitu  
urbis ascendit vnū mōtē ppe eccliam sancti



## Modus coronandi

Petri extra muros per duo miliaria vel circa:  
quiuocatur mons Mauri: qui quidem mons  
omnibus alijs montibus & pmontorijs ibi  
dem vicinis & ppinquis altior existit: & tūc  
dicto Imperatore in summitate dicti mōtis  
existeñ. manum ad coelum leuante/ circūcirca  
se voluente: hæc verba alta & intelligibili vo  
ce proferens/ dicit: videlicet. Omnia quæ vi  
demus/ nostra sunt: & ad mandata nostra per  
ueniunt/ & statim per vniuersum mūdum ta  
bellarios & nūcios suos mittit: vt tam Xp̄ia  
ni oēs q̄ Pagani toti mundi qui sibi debent:  
ad mandata sua perueniant: & eidem respon  
dere debeant. vt in eodem. c.

¶ Forma iuramenti præstiti & præstan  
di per Imperatorem.



Go. N. Romanorū Rex/ annuēte  
dño futurus Imperator: promit  
to/ spondeo/ voueo/ & polliceor/  
ac iuro/ etiā Deo & beato Petro:  
me decætero protectorem & de  
fensorem fore & esse summi Pontificis &  
sanctæ Romanæ Ecclesiæ in oibus & c. prout  
in. c. de iureiurando sequitur.





Imperator Gręcorū (licet nō in vsu) non fit per electionem ad differentiam Romani Imperatoris: sed fit per successionem: videlicet vnus ad alterum sicut de patre ad filiū: & de fratre ad fratrem, & sic de alijs. Et cōronatur vnica tantum corona Aurea, & debet coronari per Patriarcham Constantinopolitanum in ipsa ecclesia Patriarchali si sibi datur occasio: al's in alio loco tuto & cōmodo seu per dicti domini Patriarchę nuncios Episcopos.

¶ De regibus Christianis qui inunguntur & coronantur.



Equitur de Regibus Christianis quorum quidam sunt coronādi & quidam non/ qui aut coronandi sunt/ debent inungi: & hoc ex priuilegio antiquis temporibus ipsis Regibus concessio: quia nullus debet inungi nisi ex antiqua & approbata consuetudine vel ex priuilegio Apostolico speciali: sicut sunt reges Scotiæ qui ab ecclesia Romana de nouo habuerunt p priuilegium a Papa Ioan. xxij. q̄ possint inungi/ nec nō Rex Frāciæ/ rex Angliæ/ rex Iherusalē & Siciliæ/ qui inunguntur & coronantur.



Modus coronandi

¶ Infrascripti Reges non coronantur nec inunguntur.

Rex Aragonum.	idem est.
Rex Sardinia.	
Rex Castellae.	idem est.
Rex Legionis.	
Rex Portugalia.	
Rex Maioricarum.	
Rex Vngariae.	
Rex Daciae.	
Rex Noruetiae.	
Rex Cipri.	
Rex Navarrae.	
Rex Bohemiae.	
Rex Polloniae.	
Rex Suuetiae.	
Rex Trinacriae.	
Rex Armeniae.	

¶ Sequentes Reges sunt in insula  
Hibernia.  
Rex Catholicus.  
Rex Mirania.  
Rex Colensis.  
Rex Monethatolina.



**H**odie non sunt plures Reges  
Christiani nisi fierent de nouo.

**R**eges Christiani qui sunt feudatarij  
Ecclesie Romanæ, videlicet.

Rex Angliæ.

Rex Aragonum.

Rex Sardinie.

Rex Vngariæ.

Rex Bohemiæ.

Rex Iherusalem & Sicilia.

**S**ciendum est q̄ octo sunt Patriarchæ. Pri-  
mus & maior & dñs aliorum est Patriarcha  
Romanus, s. dñs noster Papa &c.

Patriarcha Constantinopolitañ.

Patriarcha Alexandrineñ.

Patriarcha Patraceñ.

Patriarcha Aquileieñ.

Patriarcha Antiocheñ.

Patriarcha Iherosolymitañ.

Patriarcha Gradeñ.

**I**n vrbe Romana sunt quicq̄ Ecclesie prin-  
cipales vltra alias infinitas ecclias q̄ Patriar-  
chales merito nūcupatur, videlicet.

Ecclesia Lateraneñ. q̄ habet Priorem.

Ecclesia, s. Petri q̄ habet archipresbyterū Car.



## Modus coronandi

Ecclesia sancti Pauli quæ habet abbatem or.  
sancti Benedicti.

Ecclesia sanctæ Mariæ maioris q̄ habet archi  
præbiterum Cardi.

Ecclesia sancti Laurentij extra muros quæ ha  
bet abbatem ordi. sancti Benedicti.

¶ Sunt etenim in ecclesia dei Cardi. diuerso  
nomine appellati. videlicet Episcopi/præbiteri  
& dyaconi Cardina. & vnusquisq; habet  
titulum suum/ & primo sunt septem episcopi  
Cardinales/ licet summus Pontifex/ etiã ap  
pelletur Episcopus seruus seruorum dei: ta  
men non de ordine Cardinalium: prout sunt  
infra scripti: videlicet.

Hostiensis & Velletrensis.

Albanensis.

Tusculanensis.

Portuensis sanctæ Ruffinæ.

Sabinensis.

Penestrinensis/ & Tiburtinensis.

¶ Sunt etiam nonnulli Tituli Præbiteris Cardinalibus dandi/ videlicet.

Tituli sanctorum Petri & Marcellini.

Tituli sanctæ Crucis in Hierusalem.

Tituli quatuor Coronatorum.



- Tituli sancti Ioannis & Pauli.  
 Tituli sanctæ Anastasiæ.  
 Tituli sanctæ Sabinæ.  
 Tituli sancti Stephani in Coelio monte.  
 Tituli sancti Clæmentis.  
 Tituli sanctorum Nerei & Achillei.  
 Tituli sanctæ Susannæ.  
 Tituli sancti Petri ad Vincula.  
 Tituli sancti Martini in Montibus.  
 Tituli sancti Eusebii.  
 Tituli sanctæ Priscæ.  
 Tituli sanctę Praxedis.  
 Tituli sancti Vitalis.  
 Tituli sanctæ Potentianæ.  
 Tituli sancti Ciriaci in termis.  
 Tituli sancti Marci.  
 Tituli sancti Laurentii in Damaso.  
 Tituli sancti Laurentii in Lucina.  
 Tituli sancti Ioannis ante portam Latinam.  
 Tituli sanctæ Mariæ in Ara coeli.  
 Tituli sanctæ Mariæ transtyberim.  
 Tituli sancti Grisogoni.  
 Tituli sancti Sixti.  
 Tituli sanctæ Balbinę.  
 Tituli sanctæ Cœciliæ.  
Tituli Duodecim apostolorum.



Modus coronandi

¶ Tituli Diaconorum Cardinalium  
sunt isti, videlicet.

¶ Sanctæ Luciae ad septem folia dyaconus  
Cardinalis.

Tituli sanctæ Marię in Aquiro.

Tituli sancti Theodori.

Sanctæ Marię in Cosmodim.

Sancti Georgij ad Velum aureum.

Sancti Cosmæ & Damiani.

Sanctæ Marię nouæ.

Tituli sancti Adriani.

Sanctorum Sergij & Bachi.

Sanctæ Luciae in filice vel inter Imagines.

Sanctę Marię in Porticu.

Tituli sancti Angeli.

Sancti Nicolai in Carceres.

Sanctæ Marię in Dominica.

Sancti Eustachij.

Sanctæ Agathę.

Sanctę Marię Inuiolata.

Sanctorum Viti & Marcelli.

¶ Tituli noui per Leonem papam  
X. deputati.

¶ Tituli sanctę Agnetis in Agone.

Tituli sancti Bartholomei in Insula.



Tituli sancti Pancratij.

Tituli sancti Calixti.

Tituli sancti Apollinaris

Tituli Thomę in Parione.

Tituli sancti Mathiæ.

Τέλος Τῷ θεῷ χάριτες, καὶ δόξα,

Modus coronandi Imperatorem cum titulis Cardinalium Romanę ecclesię finem hic sortitur optatum Nonis Septembris.

Anno. 1519.





**I miser: & veniam superos pro crimine posce  
Ante flagellati vulnera quinque dei.**



**Dilige Calcographū pubes studiosa Ioannē  
Fabri: limatum qui tibi pressit opus.**



